Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Siegmund Kirchmeier

De Unico Fidei Principio, Verbo Dei, Aliisque extra Dei verbum revelationibus immediatis, atque in specie etiam non nullorum hodie, quos vocant, Inspiratorum Enthusiasmis Disquisitio

Marburgi Cattorum: Typis & Impensis Philippi Casimiri Mülleri, MDCCXVII.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989228

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989228/phys_0001
DFG

78.



Fa - 1092(78) <SON>

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989228/phys_0002
DFG

Tomo hoc. LXXXVII. habent

1. Isaac. Faustius de Epistola Jacobi Sententia Veterum.
2. — . — . ad locum Jacobi V, 14. 15. p Sent. Lutheri prior.
3. — . — . — . — . — . Posterior.
4. — . — . — . — . Tertia.
5–13. Jo. Adami Osiandri Disputationes IX. de Luce increata et creata.
14–18. Michaelis Mulleri Exercitationes V. de Invocatione SS.
19. Wilhelmus Zeschius de Theologiae principio cognoscendi.
20. Georgius Henricus Haeberlinus de Benivolentia Dei generali et speciali.
21. Fridericus Gerschovius de Passione et morte Jesu Christi.
22. — . Haebertinus de Baptismo.
23. Jo: Adamus Scherzerus de fide baptizatorum infantum
24. Antonius Reiserus de Sacram. Baptismi.
25. — . Haeberlinus de Justificatione.
26. — . J. A. Osiander de Justificatione
27. — . — . de fide justificante.
28. Mich. Muller de Imputatione justifica.
29. Jo. Fridericus Olearius de Renovatione.
30. Jo. Meisnerus de gratiosa Spiritus S. inhabitatione.
31. Jo. Osiander de Ecclesia.
32. Georg Henricus Keller de Ecclesia infantum.
33. Jo. Lud. Hartmannus de Elencho morali.
34. — Jo. Ad. Osiander de Novissimis.
35. — . — . — . de Miraculis.
36. — . — de Jure Patronatus Episcopatus etc.

37.

37. Georg Henricus Keller de Magistratu Pol.
38. Krigerius Hirkander Satyra in Bökelmanni Dissert. inaug. de Potestate Ecclesiastica.
39. Jo. Henrici Maji Epistola ad D. Jo. Frid. Mayerum.
40. Disputatio ad 1 Jo. II, 1. 2.
41. Fridericus Lipsius de Marco Antonio de Dominis Episcopo Spalatensi.
42. Ministerii Tripolitani Anticrisis Judicii Syncretistici
43. Ejusdem Ministerii Literae ad Collegia Theologica.
44. Georg Philipp Risens Vertheidigung einer Briefes Luthri.
45. Melchioris Corneei Aristoteles redivivus R. Cathol.
46. Gottlieb Wernsdorffi Progr. de Ernesto Luneb. ad Orat. inaug. D. Luhni.
47. —. Exploratio Spiritus Brendeliani.
48. Jo. Reinhart Brecht de Poenit. Iterabili.
49. Jo. Michael Ludwig de praejudiciis practicis.
50. Georgi Gustavi Zeltneri conjecturae de Chiliasmo praesenti ex Apoc. XX, 4 sq.
51. Godofredi Ludovici Progr. de Epist. ad Ebraeos.
52. Christoph. Matthias Pfaffius de Gratia et Praed.
53. Jo. Sigismundus Kirchmeier de Principio fidei Verbo Dei contra revelationes Inspiratorum.
54. Jo. Henricus Majus Filius de Novi Anni Ebr. auspiciis.
55. Gasparus Cardilli Apologia pro Indictione Concilii Tridentini

V. T.

53.

DE

UNICO FIDEI PRINCIPIO,

VERBO DEI,

Aliisque extra Dei verbum revelationibus immediatis, atque in specie etiam nonnullorum hodie, quos vocant, Inspiratorum Enthusiasmis

DISQVISITIO,

AUCTORE

JOH. SIGISM. KIRCHMEIERO,
SS. Theol. Profess. & Reform. Eccl. Past.

Marburgi Cattorum
Typis & Impensis PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI,
Acad. Typogr. & Bibliopol.
A. CIↃIↃCCXVII.

53.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn873989228/phys_0005
DFG

At tu maneto in iis, quæ didicisti & quæ tibi concredita sunt, sciens a quo didiceris: teque à puero sacras literas noviſſe, quæ te poſſunt ſapientem reddere ad ſalutem per fidem, quæ eſt in Chriſto JEſu. Tota ſcriptura divinitus eſt inſpirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad diſciplinam in juſtitia, ut perfectus ſit homo DEI, ad omne opus bonum perfectè inſtructus. 2. Tim. III. 14, 15, 16, 17.

Sect. I.

DE PRINCIPIO FIDEI.

§. I.

QUemadmodum DEUS hominem ad imaginem Gen. I, 26, 27 & ad gloriam suam Hebr. II, 10. Rom. XI, 36. condidit, sic nobilissimis eum facultatibus instruxit, quibus tanquam γενος αυτου Act. XVII, 28, 29. ad similitudinem cum DEO proximè accederet, quibusque DEUM factorem suum cognoscere, de eo rectè judicare, eum amare, ad ipsius gloriam omnia referre, ipsum pro naturæ suæ modulo possidere atque sic in eo beatus esse posset.

Homo præstantissimas à Deo accepit facultates.

§. II.

Certè quod ad veritatis cognitionem attinet, quæ reliquarum omnium actionum rationalium basis est atque οσιοτητι της αληθειας Eph IV, 24. substerni debet, mentem nostram & simplices rerum posse speculari ideas, & eas variâ ratione conjungere aut disjungere, unum cum alio conferre, aliud ex alio inferre, & velut per συναρμολογησιν ratiocinia sua componere ipso sensu & usu discimus ac experimur, quæ si ασηρικτον illud & leve hominum genus, qui κλυδωνιζομενοι και περιφερομενοι παντι ανεμω της διδασκαλιας εν τη κυβεια

Etiam circa veritatem agnoscendam & à falso distinguendam.

κυβεια των ανθρωπων, εν παυργια πλανης Eph. IV, 14. neſcio quæ non, præcipite curſu, errorum pariunt monſtra, accutatiùs diſceret atque rectiùs obſervaret, plus in mundo veritatis minusque haberemus errorum.

§. III.

Judicii diverſitas pro diverſitate cauſæ, unde pendet.

Judicium, quod perceptioni per omnia conforme eſſe debet, vel *immediatâ rerum pereeptione* nititur, atque ſic ad *ſimplicem intelligentiam* refertur, vel fulcitur *ratione* aut *teſtimonio*. Si in *ratione* fundatur, ea vel *certa* eſt, atque ſic *ſcientiam*, vel *probabilis*, atque *opinionem*, vel *falſa*, atque *errorem* parit. Quando verò judicium *teſtimonio* ſuperſtruitur, *fidei* nomine venit, quæ latiore ſenſu nihil aliud eſt quàm aſſenſus in teſtimonium alterius. Unde quo majori teſtimonium authoritate pollet, eò certior eſt fides; Teſtimonium *humanum humanam*, *divinum divinam fidem* gignit.

§. IV.

Fides ſeu judicium de rebus fidei præſuppoſit revelationem.

Quicquid itaque *fide divinâ* recipimus & credimus, DEI de ſe ſuaque eſſentia, virtutibus, conſiliis & modo, quo coli velit, teſtantis *teſtimonio* niti debet. Matth. III, 17. Joh. I, 7. Eſa. XLVIII, 16. Neque enim Deum ejusque conſilia immediatè per intuitum cognoſcimus, Jud. XIII, 18. Pſ. CXXXIX, 6. Rom. XI, 33, 34. 1. Cor II, 11. & XIII, 12. neque Ratio, ſive propria ſua excutiat ſcrinia, ſive alias extra ſe res inſpiciat, DEUM nobis talem exhibet, qualis à peccatore ad ſalutem cognoſci debet. Matth. XI, 25. & XVI, 17. 1. Cor. II, 8 -- 14 Quouſque Ratio eniti queat, Theologia naturalis noſtro ævo excultiſſima oſtendit; ubi deficiat, in ſyſtematis Theologicis paſſim videre eſt. Specimen inſufficientiæ ejus præbere poſſunt Sociniani, qui dum omnia ad rationis decempedam menſurare volunt, fere omnes in univerſum fidei articulos vel negant

vel

vel corrumpunt. Habet Ratio insignem usum; habet verò etiam suos limites, intra quos se continet, fides verò DEI testimonium requirit. Joh. III, 33, 34. Rom. X, 6 8. 14, 15. Unde scriptura de *mysterio olim tacito* Rom. XVI, 25. de *sapientia Dei in mysterio abscondita* 1. Cor. II, 7. de *thesauris sapientiæ & cognitionis absconditis* Col. II, 3. de *mysterio ex omnium confessione magno* 1. Tim. III, 16. loquitur, unde necessitatem Revelationis divinæ ad veræ religionis constitutionem, id est verum de Deo sensum rectumque ejus cultum, fere omnes agnoscunt. conf. *Martini Hundii disp. 1. de verbo Dei §. 3 - 7. & Heidan. de origine erroris lib. 1. c. 2.*

§. V.

Testimonium verò illud DEI sese homini ad fidem & salutem patefacientis vel potuit immediatè fieri *ad omnes indistinctè*, vel *ad quosdam*, quos DEUS ceu כהנים ad familiarius secum commercium admissos suorum secretorum conscios esse voluerit, ut tanquam fideles divinæ voluntatis interpretes aliis de ea plenam fidem facere possent. Ad omnes & singulos testimonium illud DEI de modo & medio salutis peccatoris immediatè delatum esse (1) intimo sensui atque conscientiæ repugnat. Non enim experimur omnes immediatum illum Numinis afflatum & alloquium; & quantumcunque conscientiæ naturalis sinum excutiamus, fidei tamen mysteria, v. gr. de SS. Trinitate, filii ενσαρκωσει, substitutione pro hominibus &c. in ea, sicut το γνωστον τȣ Θεȣ, φανερα esse non animadvertimus. Certè Sociniani, quòd hæc mysteria in se non deprehendant, ea rejiciunt, SS. Trinitatem proscribunt, Deitate sua Jesum Christum spoliant, incarnationem ejus pro figmento cerebri humani exsibilant &c. Et (2) si commune ad omnes de via salutis pervenerit testimonium immediatæ revelatio-

Revelatio illa non fuit facta singulis.

nis Dei, undenam est, quòd qui verbo externo destituuntur, salutis mysteria profundè ignorent, eaque sibi revelata, nisi spiritus cor aperiat, rejiciant & explodant. Act. XVII, 18, 31, 32. 1. Cor. II, 14. Certè (3) tantum abest, ut scriptura omnibus in universum testimonium aliquod commune internum de salutari veritate adscribat, ut potius gentiles in extremo ignorantiæ statu fuisse asserat Eph. IV, 18. & V, 8. Col. III, 10. 1. Thess. IV, 5. χωρις Χριστε, ελπιδα μη εχοντας, και αθεους εν τω κοσμω Eph. II, 12. quibus DEUS non notificaverit voluntatem suam Ps. CXLVII, 19, 20. unde Evangelium toties vocatur mysterium Eph. III, 6 -- 9. ea complectens α οφθαλμος ουκ ειδε &c. 1. Cor. II, 8 - 10. imò (4) tali interno testimonio communi posito non opus esset externo, nec tantum illud foret beneficium, quantum tamen esse in scriptura prædicatur, vide *Josuæ Placæi Compend. Theol. part. I. cap. VI. §. 3.*

§. VI.

Distincta enim est à manifestatione Dei in natura.

Non diffitemur quidem Deum in omnibus suis operibus Rom. I, 20. Ps. XIX, & CIV. Ps. XCIV, 8 -- 10. Esa. XL, 26. Job. XII, 7 -- 11. & in providentia sua Act. XIV, 17. & in ipsa hominis conscientia Ps. XCIV, 10. Prov. XX, 27. Rom. I, 19. II, 14, 15. se non reliquisse αμαρτυρον, illud tamen naturæ testimonium à gratiosa arcanæ de salute peccatoris voluntatis manifestatione distinguendum esse certum est.

§. VII.

Agitur de verbo interno.

Cum hisce quomodo ea, quæ *de verbo interno* omnibus communi à quibusdam traduntur, consistere queant, non video. *Robertus Barclajus in epist. ad Legatos Magnatum Europæ p. m. 11.* illud vocat *Regni semen, paterni amoris donum, exiguum fermentum, pretiosam margaritam, absconditum in terra talentum.* Idem *in Theol.*

verè

verè Christ. apolog. p. m. 83. inquit; *Intelligimus* (nempe per verbum hoc internum) *spirituale, cœleste & invisibile principium & organum, in quo Deus, ut est Pater, Filius & Spiritus, habitat, cujus divinæ & gloriosæ vitæ mensura omnibus inest, sicut semen, quod ex natura sua omnes ad bonum invitat & inclinat, & hoc vocamus vehiculum Dei, Spirituale Christi corpus, carnem & sanguinem Christi, quæ ex cœlo venere & de quibus omnes sancti nutriuntur in vitam æternam*; quæ fusiùs ibidem persequitur: quæ abstrusiora sunt quàm ut ego quidem eorum mihi clarum facere conceptum queam atque pluribus etiam Theologiæ capitibus adversantur. Si per verbum illud internum *cognitionem Dei naturalem* Rom. I, 19. Ps. XCIV, 10. *imaginis Dei reliquias* Gen. IX, 6. Jac. III, 9. το εργον τ̃ νομ̃ γραπτον εν ταις καρδιαις Rom. II, 15. Si *vim illam atque lucem conscientiæ*, ad quam omnis veritas, etiam Theologica, manifestare se debet 2. Cor. IV, 2. intelligerent, lubentes tale verbum internum admitteremus, sed hunc sensum Barclajus ipse rejicit. Vel si per verbum internum *veritatem scripturæ intellectam, creditam atque cordi insculptam* Jer. XXXI, 33. 34. 2. Cor. III, 2, 3. Rom. VI, 17. qua ratione λογῳ ille externus fit εμφυτῳ Jac. I, 21. indigitarent, fatemur omnibus fidelibus commune esse verbum internum, nec sufficere literam, nisi veritas efficaciam suam Hebr. IV, 12. Jer. XXIII, 29. Rom. I, 16. exerat in corde. Sed nec hoc illi volunt. Sed animus nunc non est hanc materiam atque connexas hypotheses discutere, quæ tales sunt, ut fundamenta ipsa luxent. Verbum itaque aliquod internum, præter ea quæ diximus, omnibus commune asserere contra scripturam est. Conf. *Croc. Anti Weigel. c. 1. de princ. Theol. quæst. 1. & 2.*

§. VIII.

Revelatio divina ad quosdam tantum facta fuit.

Placuit itaque Deo quosdam ex hominibus, נביאים Gen. XX, 7. משיחים Pſ. CV, 14, 15. כהנים Pſ. XCIX, 6. αγιοις Θεϖ ανθρωποις 2. Petr. I, 21. ab utero matris ad hoc ſeparatos Jer. I, 5. Gal. I, 15. ad ſecretius ſecum commercium admittere, quibus ſe propiùs conſpiciendum daret, eoſque ſpiritu ſuo implere, iiſdem ſe ſuaque conſilia & modum, quo nos ad ſuam communionem iterum recipere velit, manifeſtare Exod. XIX, 3. XXIV, 2, 9 fin. Marc. III, 14. Luc. VI, 12. qui dein revelationes ſibi factas ad alios integra plenaque fide perferrent eoſque de DEO rebusque divinis edocerent, Deut. IV, 14. V, 5. XVIII, 9--18. Matth. X, 26, 27. quæ *Ima eſt obſervatio* in ſeqq. uſum habitura. Atque ita Deum cum Moſe, Prophetis, Apoſtolis egiſſe ex ſcripturis evidentiſſimum eſt.

§. IX.

Modi revelationis divinæ.

Modus, quo DEUS Prophetis ſe patefecit, varius fuit Hebr I, 1. Num. XII, 6-8. in quo Deus πολυποικιλον ſapientiam exhibuit. Conſule de his inter alios *Witſium in miſcellaneis ſacris lib. I. de Prophetis & Prophetia c. III. uſque ad VII. & Knibbe in hiſtoria Prophetarum c. III. & aliquot ſeqq.* Breviter dicere poſſumus, modum revelationis Propheticæ fuiſſe vel (1) *mediatum*, quando Deus Angelorum operâ uſus eſt. Luc. I, 11-18, 26, 28. Dan. VIII, 16. vel (2) *immediatum*, quando Deus abſque Angelorum opera ſeſe manifeſtavit, idque vel (a) *per ſimplicem in mente revelationem veritatis, abſque interventu ſignorum ad corpus relationem habentium.* 2. Sam. XXIII, 2. Matth. X, 19, 20. Luc. XXI, 14, 15. quem revelationis gradum Judæi רוח הקדש vocant; malè verò infra reliquos deprimunt; vel (b) *adhibitis quibuſdam ſignis ad corpus relationem*

nem habentibus & per corpus sive sensus ad mentem delatis. Hæc verò signa vel fuerunt (α) *interna*, intra hominem; oblata vel (ℵ) *dormientibus*, Gen. XXVIII, 12. Act. XVI, 9. vel (ב) *vigilantibus*, ad sensum phantasiæ internum in ecstasi, externorum sensuum usu tantisper cessante, quando Deus in imaginatione varias rerum picturas, sui etiam subinde speciem glorioſam exhibuit, atque Prophetam allocutus est. Act. X, 9. Apoc. I, 10. Esa. VI, 1. Ezech. I, 1. vel (β) *externa*, extra hominem quando vel vocem DEI audiebant 1. Sam. III, 4. vel etiam speciem quandam externam aut symbolum oculis bene compositis cernebant Gen. XVIII, 1. Exod. III. Ad signa externa oblata sensibus etiam referimus sortes divinatorias Jos. VII, 14. Act. I, 26. Oraculum per Urim & Thummim an ad illuminationem internam sacerdoti factam, an ad vocem externam referri debeat, non liquet. Quid enim Urim & Thummim fuerint, & quomodo oraculum per illa factum fuerit, alio fere oraculo ad certi quid statuendum opus esset. De Mosis etiam prærogativa hic nihil addimus, ea quippe tantum delineare animus est, quæ in sequentibus usum habebunt.

§. X.

Qualiscunque verò divinæ revelationis fuerit modus, Propheras tamen eorum, quæ sibi offerebantur, etiam in ecstasi, conscios fuisse, præsertim in *agitatione ad loquendum mente compositâ eorumque, quæ loquerentur, bene conscia adeoque non in tali ecstasi, ut mente extra se rapta, quid lingua loqueretur, ignorarent, locutos esse censemus.* Contrariam sententiam *Knibbe in histor. Proph. l. I. c. XIII §. 1.* adscribit Montanistis atque rejicit, quoniam hoc fuerit indecorum Prophetis atque eos similes reddiderit

Prophetæ sibi eorum, quæ ex divina revelatione loquebantur, conscii erant.

diderit furiosis gentilium vatibus, atque sapientiæ DEI repugnet. Certè (1) nullum hoc modo in ecstasi divina eloquentis oracula exemplum habemus in scriptura (2) Apostolos, quæ loquerentur, intellexisse, quando Christus iis promiserat, εγω γαρ δωσω υμιν στομα και σοφιαν &c. Luc. XXI, 15. extra dubium est, quæ verba nobis declarant loca Matth. X, 19, 20. 2. Sam. XXIII, 2. & si quæ sint his similia. Similiter enim (3) judicamus de Prophetis, qui erant divinæ voluntatis, quam illi ipsi etiam probè intelligebant, ad populum præcones & interpretes (4) Bileamus procul dubio noverat à Deo sibi inspirata, nec se merè passivè ut instrumentum habebat, quasi nesciviſſet ea, quæ proloquebatur, aliâs enim non opus fuisset illo monito, ne aliud quid loqueretur, quàm quòd Jehova ad ipsum locutus fuerit Num. XXII, 35. unde etiam *Witsius* exinde styli prophetici diversitatem deducit. Verba sunt *lib. I. de prophetis & prophetia c. XI. §. 11. Sed & neque hoc puto dictu credituque esse necessarium, ita Spiritum S. singulis singula verba* ενθουσιασμω *quodam dictasse, nulla ut Prophetæ in iis meditandis & disponendis rationalis opera interceſserit. Unde enim tunc illa stili diversitas pro cujusque Prophetæ ingenio & educatione? Verùm ita Spiritum Sanctum cum hominibus rationalibus rationali modo egisse credibile est &c.* in quibus verbis Witsius agnoscit Prophetas rationaliter verba expendisse, tantum abest, ut ea Prophetas absque sensu & intellectu enunciasse putet. Atque hæc *Ilda* est observatio, quam meminisse infrà juvabit.

§. XI.

Certitudo Prophetarum de divina revelatione sibi facta.

Porrò qualicunque modo DEUS se viris θεοπνευστοις revelaverit, ipsi tamen de singulari DEI præsentia sibi in animum illabentis, loquentis, visa repræsentantis *certi* fuerunt.

fuerunt, ita ut Dei se manifestantis vim à naturalibus mentis operationibus, imaginationis phantasmatis vel etiam maligni spiritus ludificationibus distinguere potuerint. Gen. XXVIII, 16, 17. 1. Reg. XXII. 12-28. Num. XXIV, 13. Jer. XX, 7-9. Act. XVI, 9, 10. An non enim Deum extraordinariè se revelantem eâ luce circumfusum putabimus, quæ ad plenam convictionem atque evidentiam se Prophetæ ingesserit? aut quomodo aliâs Deus scopum apparitionis assequi potuisset? vel quomodo Prophetæ aliis plenam facere potuissent certitudinem, si ipsi eam non habuissent? Equidem Deus suum opus talibus insignire characteribus solet, quibus tanquam signis distinctivis ab omni alieno & spurio, ceu lux à tenebris, aurum à scoriis, triticum à palea dignosci possit. Ut falsi Prophetæ se veros esse crederent, atque sibi ipsis & aliis imponerent, fieri potuit. 1. Reg. XXII, 6, 21, 22. At veros de divina revelatione aut missione incertos fuisse nunquam legimus, imò nec falsorum Prophetarum prætensæ contrariæ revelationes eos de firmitate sua dejicere poterant. 1. Reg. XXII. Jer. XXIIX. Atque hoc (III.) observari velim. Modum quo Prophetæ apud seipsos plenè persuasi fuerunt, in omnibus, credo, non assequimur. Quæ ipsi non experimur, obscuriora nobis esse solent. Nec ea, quæ sentimus in animo, verbis semper exprimi satis possunt. Huc tamen procul dubio pertinet singularis lucis intùs illabentis splendor, Dei apparentis aut loquentis majestas, visionum præstantia, rei ipsius dignitas, sanctitas, sublimitas, revelationum reiteratio, futurorum prædictio, impletio, alterius Prophetæ testimonium, signa & miracula, quæ quidem si meditari ampliùs lubeat, exemplis ex codice sacro firmare poteris. Nec tamen omnia simul hæc signa Prophetis adesse necesse

erat. Lectu digniſſima ſunt, quæ *Gürtlerus Theol. Prophet. c. III.* ad hanc materiam congeſſit, ubi, quod ad propriam Propheratum certitudinem attinet, Jeremiæ ab initio exemplum urget, qui tres inſtituit, propter oraculum de Hieroſolymorum excidio à Pashure ſacerdote percuſſus, actiones, unam cum Deo, alteram ſecum, tertiam cum adverſario Pashure, è quibus ſingulis maxima ejus fiducia ac perſuaſio de divina concionum ſuarum origine manifeſtiſſimè adparet. Hæc & plura alia de Prophetarum perſuaſione itemque de notis, quibus Dei populus Prophetas veros à falſis diſcernere debuit, ibidem legi poſſunt, quæ huc transſcribere nolumus.

§. XII.

Etiam Prophetis non deerant argumenta, quibus alii de eorum divina miſſione convincerentur.

Quemadmodum verò Prophetæ non tantùm in ſui, ſed aliorum etiam gratiam ad arcanum illud & familiare cum Deo commercium admittebantur, ut tanquam divinæ voluntatis interpretes etiam aliis divina myſteria ediſſererent, conſilia atque præcepta Dei explicarent & de futuris admonerent, ſic iſtiusmodi inſtructi argumentis eſſe debebant, quibus tanquam tales aliis innoteſcere ac fidem ſibi adſtruere poterant. Exod. IV, 1-9. Legati enim ſummi Numinis fidei tabulas afferre debebant; neque enim alii ad fidem ipſis habendam, niſi ad conſcientiam eorum tanquam tales ſe demonſtrarent, obſtringi poterant. Quemadmodum enim verum Prophetam non recipere nefas erat, ſic etiam ut levi credendi temeritate deciperentur, ſedulò cavendum erat. Deut. XVIII, 21. nam & Pſeudo-Prophetæ frequenter in populo oriebantur; unde ſi ex futuro aliquo eventu & prædictionis implemento de Propheta, verus an falſus, cognoſcendum eſſet, donec de eventu conſtaret, tantiſper

tantisper judicium suspendere debebant, Deut. XVIII, 22. Quod iterum (IV.) observationem meretur.

§. XIII.

Qualia verò illa criteria esse debeant, ex Dei se revelantis majestate, sanctitate reliquisque virtutibus, rei ipsius dignitate revelationisque fine ac scopo patere potest. Sed suffecerit hîc à Propherarum in sacro codice probatorum exemplis præcipuas breviter repetere notas. Atque hîc quidem (1.) εξαγωγιον est Mosen supra reliquos Prophetas in gradu eximio constitutum Num. XII, 6-8 Exod. XXXIII, 11. Deut. XXXIV, 10. tam evidentibus ac certissimis planè argumentis ac signis coram universo populo Israelitico fuisse commendatum, ut nemo, nisi omnem divinam auctoritatem convellere atque ad atheorum se castra recipere velit, de Mosis divina authoritate dubitare possit. Eruditissimè de hoc scripsit *Stillingfleetus in originibus sacris lib. II. c. I, II, III.* Confer. *Witsium in miscell. sacr. lib. I. de Prophetis & prophetia c. XIV.* & *Huetium in demonstratione Evangelica prop. IV.* Unde sequitur (2.) succedentes Prophetas debuisse explorari ad doctrinam Mosis, qui fuit πιςος εν ολω τω οικω αυτου (Dei) ως Θεραπων εις μαρτυριον των λαληθησομενων Heb. III, 5. ita ut si ipsorum doctrina à lege Mosis abiret eique contrariaretur, pro falsis habendi fuerint Prophetis, unde ad Mosen remittimur frequenter in V. & N. T. Esa VIII, 20. Mal. IV, 5. Luc. XVI, 29, 30. Joh. V, 45-47. Act. XXVI, 22. coll. Act. XX, 27. unde si quis vel signa ac prodigia ederet, seducturus à Deo vero, non erat audiendus, quoniam ad falsam doctrinam & idololatriam abducere conabatur Deut. XIII, 1. Consentit Maimonides in הלכות יסודי התורה c. 8. §. 7. לפיכך אם עמד הנביא ועשה אותות ומופתים גדולים &c.

Qualia illa fuerint.

Quanquam enim non ſtatim ille, qui veram doctrinam habet, ſit Propheta extraordinarius, verus tamen, qui falſam affert, eſſe nequit. Accedit (3.) vita ſancta atque inculpata. Divinæ lucis radios recipiunt, quos ad propiorem aditum Deus admittit. Coruſcabat facies Moſis ex ſecreto in monte cum ſummo Numine commercio. Et quos Deus reſipiſcentiæ præcones ad hominum mores formandos ſuique cultûs miniſtros adhibere volebat, ſanctos eſſe decebat. Magnum itaque pondus Prophetæ verbis addebat infucatæ ſanctitatis ſtudium; eſt tamen negativum potiùs quàm poſitivum ſignum, quatenus ſola ſanctitas ad extraordinariam miſſionem probandam nondum ſufficit. Sed & dona extraordinaria cadere aliquando poſſe in non ſanctificatos diſcimus exemplis Bileami Num. XXIV, 2-4. Caiphæ Joh. XI, 51. Judæ; adde Matth. VII, 22. 1. Cor. XIII, 1-3.

§. XIV.

Porrò de argumentis, quibus alii de Θεοπνευστια Prophetarum convincerentur, agitur.

Inſuper ad Prophetam agnoſcendum (4.) faciebat teſtimonium alterius Prophetæ, cujus fides omnibus perſpecta erat. Sic Elias Eliſæum unxit in Prophetam 1. Reg. XIX, 19. Maximè verò (5) divinam Prophetæ conciliat auctoritatem futurorum contingentium, quæ non niſi à Deo præſciri potuerunt, prædictio eventu ac implemento reſpondente probata. Deus enim ſibi futurorum contingentium cognitionem tribuit atque inde gloriam ſuam aſſerit. Eſa XLI, 21-26. XLIII, 9. XLIV, 7, 8. atque adeò qui talia prædicere poterant, à Deo arcanorum conſiliorum conſcios factos fuiſſe ſequitur, unde hoc ipſum etiam non uno in loco tanquam criterium, ex quo Propheta agnoſci poſſit, proponitur. Exod. III, 12. Deut. XVIII, 22. Eſa. XXXIV, 16. Jer. XXVIII, 9. 1. Sam. III, 19, 20. Matth. V, 17,

V, 17, 18. sed circa hanc regulam difficultas tamen suboritur tum ex Deut. XIII, 1, 2. tum ex Jer. XVIII, 9, 10. Jes. XXXVIII, 1. Jon. III. Ad priorem tollendam notes sermonem esse de talibus contingentibus, quæ nulla causa secunda per conjecturam assequi potest, & prædictionem non esse separandam à doctrina. Ad posteriorem distinguendum est inter futura conditionata & absoluta. Quomodo verò illa distingui debeant, eruditissimè ostendit *Stillingfleetus in orig. sacr. lib. II. c. 6.* ex quo ea huc referri possunt. Laudant citatum authorem super hac re *Witsius in miscell. sacr. lib. I. c. XV. §. 45.* & *Knibbe in historia Prophet. lib. I. c. XIX. §. 5.* Denique (6.) præclarum Deus Prophetæ testimonium perhibet, quando vel per ipsum vel propter ipsum miracula facit, quibus ejus missionem obsignet, Exod. IV, 1-9 1. Reg. XVII, 24. II. Reg. V, 15. Matth. X, 1. Atque hîc tamen etiam observandum est, nec semper Deum fecisse miracula, nec semper iis opus fuisse, de quibus laudati authores consuli possunt, præsertim *Knibbe* fusè contra Judæos de miraculis tanquam signo Prophetarum agit & miraculorum Christi gloriam contra Judæos vindicat *in hist. Proph. lib. I. c. XIX.* Monendum verò est vera miracula, quæ vires naturæ superant, distinguenda esse à prodigiis & eventibus quibusdam insolitis, nec miracula esse separanda à doctrina, nec prætensa quædam miracula opponenda esse veræ doctrinæ per certissima miracula jam confirmatæ, eò magis, si de prodigiis mendacii monita insuper fuerit Ecclesia, quæ lucem fœnerari possunt locis Deut. XIII, 1, 2. II. Thess. II, 9. Matth. XXIV, 24. His quæ ex vaticiniorum sublimitate, sapientia sermonis Prophetici ac stylo desumi possunt argumenta, addi queunt.

§. XV.

Cautiones quædam in discernendis prophetis.

Circa quæ Prophetarum signa adhuc notamus (1.) non omnia adfuisse semper omnibus (2.) unum etiam sæpe non sufficere (3.) cautè in eorum applicatione tam positiva quàm negativa procedendum esse, nec semper planam & expeditam patere viam, quâ omnes difficultates & scrupuli facilè superari possint. Digna sunt *Witsii* verba, quæ, quanquam prolixiora, hîc apponantur; *in miscell. sacr. lib. I. c. XV, §. 40. Fatendum interim non omnibus Prophetis hoc contingere. Et quid ii habent, qui primam Prophetiam suam exponunt? in quorum gratiam nullum hactenus est factum prodigium? quorum vaticinia neque rerum eventu, neque alia quadam ratione à Deo adhuc obsignata sunt? sumamus Jesaiam, aut Micham, aut Jeremiam, quùm à Deo ad prophetandum vocati primos ad populum sermones habebant. Aut Jonam sumamus ad Ninivitas missum, ut instans iis exitium prædicaret. Quomodo illi missionem suam approbarunt & dictis suis fidem conciliarunt apud populum Israeliticum? Quomodo hic, homo peregrinus, potentissimæ civitati persuasit, ut nuncium suum pro cæleſti oraculo admitterent? Quid criminis fuisset, si fuissent causati explorandos priùs Prophetas & Prophetias esse, de quibus nihil ipsis hactenus constiterat, antequam pios, si vis, at humanos fortassis sermones pro summi Numinis dictatis reciperent? Hîc me hærere fateor, & vix viam mihi sapere, quâ evadam. Dicendumne est &c. Enimvero dici hæc omnia possunt, & profectò pondus suum habent. Sed an sufficiant ad tollendam omnem difficultatem, attentiùs pensitari meretur. Mihi nunc non occurrunt plura, sed usu comperio, quod ab initio monui, remansurum semper aliquid, in quo mihi ipsi haut satisfaciam, nedum ut aliis satisfacere postulem.* Ex

hisce

hisce quæ de Verorum Prophetarum notis diximus, de falsis judicium fieri potest. Alia, quæ addi possent, brevitatis studio omittimus.

§. XVI.

Ex præcedentibus verò etiam rectè concluditur Prophetas à Spiritu Dei actos errare non potuisse. II. Pet. I, 20, 21. II. Tim. III, 16. I. Pet. I I, 2. Ps. XII, 7. sive res facti enarrarent, sive de futuris vaticinarentur, sive doctrinæ capita proponerent, sive ad resipiscentiam, fidem atque vitæ sanctæ studium exhortarentur. Quomodo enim errare potuissent φερομενοι υπο τ̃ πνευματ̃ος αγιου, & cùm de ipsis etiam dici posset, quod de Apostolis Matth. X, 20. ου γαρ υμεις εστε οι λαλουντες, αλλα το πνευμα τ̃ πατρ̃ος υμων το λαλουν εν υμιν; unde frequenter præmittunt illud, נאם יהוה. Fieri quidem potuit, ut non intelligerent suas visiones, Dan. XII, 4. Zach. IV, 5. nec etiam omnes peculiares prophetiarum circumstantias nossent I. Pet. I, 11. sed aliud est errare, aliud non intelligere. Anne enim Spiritus S., cujus afflatu repleti erant, eos in errorem seduci pateretur, quando ipsius ductu agebantur. Pugnat hoc cum Dei sanctitate, veracitate, fidelitate, bonitate. Scopus eorum missionis aliud planè flagitat. Quomodo enim iis, ad quos mittebantur, plenam fidem facere potuissent, si errori fuissent obnoxii: Si in uno errassent, in aliis tutò credi ipsis non potuisset. Nisi ergo universam Prophetarum fidem labefactare velimus, ab errore immunes fuisse asserendum est. Atque hoc (V.) est, quod observari velim. Prophetas autem quà homines errare potuisse haud imus inficias, quod ad difficultates quasdam in scriptura occurrentes notandum est. Quemadmodum verò errare non potuerunt, sic nec datâ operâ quenquam seducere voluisse facilè patet.

Prophetæ errare non potuerunt.

Longè

Longè illud abeſt ab eorum ingenuitate & fidelitate II Cor. IV, 2. Heb. III, 2. I. Tim. I, 11. Matth. XXV, 21. Unicum eſt in contrarium exemplum I. Reg XIII.

§. XVII.

Revelationem ſcribi Deus voluit.

Placuit verò Deo, præſertim quando illud donum Propheticum extraordinarium in Eccleſia non futurum erat perpetuum, pro ſua ſapientia atque erga Eccleſiam benignitate, virorum Θεοπνευστων operâ, voluntatem ſuam ſcripto conſignari, ut perpetua eſſet in Eccleſia fidei atque vitæ regula, qua ſalutis adipiſcendæ ratio certiſſimè commonſtraretur; ſplendens lucerna, quæ in via regia nos duceret, ut ab ignium fatuorum ſeductione, Satanæ hominumque fraudibus & proprii cordis deceptione tuti eſſemus; ſtatera haud doloſa, ad quam omnia tutò appendere, quid grave, quid leve, diſcernere liceret. Quale verbum habemus in ſacra ſcriptura V. & N.T. quæ ſuam divinitatem, & per conſequens etiam auctoritatem ſufficientiſſimè probat, ut animus veritatis ſtudioſus ac procul habitis præjudiciis & affectibus omnia ſeriò expendens in eo acquieſcere poſſit, quod uno omnes Theologi conſenſu abundantiſſimè evicerunt; confer *Placaei compend. Theol. Part. I. c. VI. & Van den Honert Theol. natur. lib. IV. & V.*

§. XVIII.

Hæc autem ſcriptura divinitatis characteres habere debuit.

Nempe Scriptura ſacra ad perpetuum Eccleſiæ uſum data eſt, ut ſit inſtrumentum ac medium, quo homines de veritate convicti ad Deum in Chriſto reducerentur; quare certiſſimis inſtructa eſſe debet characteribus, quibus divina ejus origo luculentiſſimè conſtare queat. Solet Deus ſuis operibus ſui imprimere notas, ut exinde quis qualisque ſit cognoſci queat. In natura ſe non reliquit αμαρτυρον, quin homines de Deo ejusque virtutibus convinci poſſint

sint Act. XIV, 15-17 XVII, 24-29. Rom. I, 19-21. Quantò magis in illo scripto, in quo seipsum in essentiâ & personis, voluntatis suæ consilium omnemque modum, quo peccator secum in communionem redire queat, notificasse supponitur, tales impresserit characteres, ex quibus divina ejus origo liquidò demonstrari queat. Nec enim aliâs Deus hoc suô de se testimonio finem, quem intendisset, obtineret; nec homines, nisi sufficientissima convictionis argumenta iis suppeditarentur, ad fidem huic verbo habendam obligari possent; nec denique Deo dignum foret homini loqui, & tamen ita loqui, ut agnosci & verbum ipsius ab omni humano verbo distingui non posset. Nam & inter homines sapiens ita sermonem instituit, ut ex verbis sapientia ejus cognosci ac judicari possit. Lux (2. Petr. I, 19.) seipsam manifestat oculisque ingerit; ignis (Jer. XXIII, 29. XX, 9.) virtus occultari nequit. Aurum (Ps. XIX, 11.) suâ se bonitate probat. Cibus (1. Pet. II, 2. Heb. V, 12.) suis qualitatibus, quibus discernatur, palatum afficit.

§. XIX.

Quales sint divinitatis sacra scriptura characteres.

Quales verò illi characteres esse debeant, facilè quidem in genere cognoscitur; nempe tales, à quibus tanquam effectis ad causam evidenti consequentiâ concludere liceat, adeoque similes iis, ex quibus suprà de Veris Prophetis judicium fieri debere diximus; quæ demonstratio procul dubio eò fortior est, quò magis omnes illi characteres in sacra scriptura confluunt, & non semel iterumve, sed multoties se produnt, quibus, sicut firmamentum stellis, tota scriptura pulcherrimè interstincta splendoris sui radios vividissimè diffundit. Nempe, si propiùs ad S. Scripturæ divinitatem demonstrandam accedere velimus, hîc ante omnia considerari debet (1.) quòd scripturæ doctrina

rationi manifestæ & evidenti non contradicat, sed potiùs conscientiæ, quatenus in se habet principia verum à falso distinguendi, sese approbet atque cum iis, quæ sana ratio docet, consentiat. Lumen enim lumini contrarium esse nequit. Sic quod Ratio docet de *Deo*, eum esse spiritum, æternum, omniscium, summè potentem &c. de *mente*, eam esse naturæ cogitantis, immortalem &c. de *peccato*, hominem esse naturâ propensum ad malum, illud omne esse malum, quicquid fit contra voluntatem summi Legislatoris; de *rebus extra nos*, eas omnes non posse esse à se, sed requirere causam sapientissimam, potentissimam &c. hæc omnia scriptura non negat aut evertit, sed potiùs præsupponit, confirmat, illustrat, adeoque etsi doctrina Scripturæ in multis sit supra rationem, non tamen est contra eam. Si enim manifestè esset contra rationem sanam & apertissimam, recipere non possemus, nisi antea rationem ejuraremus, id est, nos homines esse negaremus Rom. I, 19. 2. Tim. II, 13. 1. Joh. I, 5. Joh. I, 9. 2. Cor. IV, 2. Atque si illud, quod contra manifestam & evidentem rationem pugnat, semel reciperemus, nulla esset ratio, quare non omnia quantumlibet absurda admitteremus. Unde etiam illud, quod de abneganda Ratione dicitur, sano sensu intelligendum venit, aliâs idem esset, ac si homini priùs velles oculos eruere, atque deinde jubere, ut de coloribus judicet. Scriptura sanam rationem non tollit, quin quò magis sumus verè rationales, eò aptiores sumus ad veritates fidei intelligendas. Gratia naturam non destruit, sed perficit. Loquimur autem de sana ratione, non de præoccupatis opinionibus falsisque & spuriis rationis corruptæ conceptibus & ratiociniis, quæ utique deponenda sunt. Paulus certè Rationem non eliminat, sed se commendat demon-

demonstratione veritatis ad omnem conscientiam hominum. 2. Cor. IV, 2. 1. Cor. X, 15. 1. Thess. V, 21. Porrò (2.) scriptura in iis, quæ Ratio docet, non subsistit; ad ea enim, quæ ex Ratione sciri possunt, revelatione non opus est, sed alia insuper addit, ad quæ vel ratio sibi relicta non ascendit, vel quæ etiam attingere nullo modo potuisset v. g. de *Deo*, eum esse Trinum in personis, de *Jesu Christo mediatore*, ejus *incarnatione*, *substitutione pro hominibus* & *satisfactione*, de *creatione omnium rerum ex nihilo*, creationis *modo*, *ordine*, de *origine peccati* atque *hominis lapsu*, *statu hominis post hanc vitam* &c. quod procul dubio est divinitatis scripturæ argumentum, quoniam Ratio ad illa mysteria non assurgit, nec ea plenè capit, postquam revelata sunt; tantum abest, ut hæc ex Ratione fuerint efficta. Matth. XI, 25-27. XVI, 17. Joh. I, 18. Rom. XVI, 25, 26. 1. Cor. II, 6-14.

§. XX.

Pergitur de characteribus divinitatis scripturæ.

Præsertim (3.) illud, quò universæ scripturæ scopus respicit Joh. XX, 31. attendi debet, quòd ea complectatur *modum* & *medium*, quo Deus & homo per peccatum à se invicem divisi Esa. LIX, 2. iterum uniri, Deus homini, homo Deo reconciliari, atque sic homo ad communionem cum Deo reduci possit, ut Deo sua gloria, homini plena salus constet. Hi duo fines in veræ religionis doctrina arctissimè connexi sunt, ut religio absque alterutro esse nequeat. Prior ex natura Dei evidentissimè sequitur. Neque enim Deus, qui est summa rerum omnium causa, adeoque & ultimus debet esse finis, qui seipsum, suas virtutes atque gloriam tenerrimè amat, abnegare se potest. Esa. XLII, 8. XLIII, 7. Rom. I, 21. XI, 36. 1. Pet. II, 9. 2. Tim. II, 13. Et per se patet religionem consistere in Dei cultu; cultus Dei

nullus est, nisi ad gloriam Dei dirigantur omnia. 1 Cor. X, 31. VI, 20 Alter etiam in natura religionis involvitur; religio enim ad bonum ejus tendere debet, qui eam colit Esa. XLV, 19. Heb. XI, 6. Tit. I, 2. Est hoc primum, intimum ac velut centrale hominis desiderium, ut naturaliter appetat summum bonum, unde tam multæ inter ipsos gentiles de summo bono disquisitiones. Quoniam enim homo existit cum conscientia, appetit naturaliter esse cum conscientia tranquilla atque jucundissima. Atque hi duo fines in religione arctissimè connexi sunt; nec enim homo salutem accipere potest cum detrimento gloriæ divinæ; nec homini bonum & ad religionem incitamentum esse potest, si Deus gloriam suam in ipsius perditione demonstrare velit. Uterque verò ille finis quomodo obtineri queat, scriptura unicè sufficientissimum atque saluberrimum ostendit medium in Jesu Christo, qui dum factus est מושיע שלומנו, omnem Deus suæ sapientiæ, potentiæ, justitiæ & sanctitatis, gratiæ & misericordiæ gloriam demonstravit, atque כבוד יהוה in ipso tanquam vero propitiatorio habitavit Exod. XXXIII, 19-fin. Esa. XL, 5. 2. Cor. IV, 6 Apoc. V, 12-fin. atque simul perfecta salus homini in Christo parata est Esa. LV, 1. Joh. I, 14. Col. II, 9, 10. Hoc medium salutis conscientiæ illuminatæ plenè satisfacit, ut nihil amplius desiderare queat. Quàm verò gentilium religio fuerit absque sapientia, sapientia absque religione, & vel nullum reconciliationis cum Deo habuerit medium, vel talia, quæ inepta, superstitiosa, crudelia fuerunt, commenta fuerit, notum est atque vanitatem omnium, quæ non secundum sacram scripturam tanquam divinitùs datam unicam normam institutæ sunt, religionum demonstrat.

§. XXI. Am-

§. XXI.

Ampliùs verò etiam illud notandum, quòd (4) in scriptura contineantur *prædictiones* quàm plurimæ circumstantiatæ de rebus futuris contingentibus; non generales & ambiguæ, quæ, quomodocunque res cadat, in partes trahi possint, qualia erant gentilium oracula in utramvis partem versatilia; sed speciales de singularibus personis atque specialibus planè circumstantiis, eæque multis sæpe seculis ante eventum factæ, & quidem de talibus rebus, quæ quàm maximè inter contingentes referri debeant, quarum jam multæ sunt impletæ, reliquarum suo ordine & tempore implendarum certum argumentum. v. g. de populo Israelitico ejusque variis fatis, ejus in Canaanem introductione, beneficiis, castigationibus, abjectione; de Christo ejusque nativitate secundum circumstantias loci, temporis, modi descripta, ejus universa vita, passione, variis ignominiis & doloribus, morte, resurrectione, ascensione, Evangelii diffusione, Ecclesiæ inter gentiles plantatione, pressione, eluctatione, AntiChristi ortu &c. quæ omnia jam impleta sunt, etsi maximè casualia fuerint ratione causarum secundarum & à plurium concursu fortuito suspensa; jam verò per rationem evidentissimum est futura contingentia, quæ in natura & causarum ordine necessarium nexum non habent, à nemine nisi ab eo, qui eorum existentiam & ordinem in decreto suo liberrimè constituit, id est, à supremo Numine præsciri & prædici posse, consequenter scripturam sacram, quæ ejusmodi futurorum prædictionibus refertissima est, à Deo unicè revelatam esse. Nescia mens hominum fati sortisque futuræ. Esa XL, 23. XLIV, 7. XLIIX, 3. Eccl. VIII, 7. Jac. IV, 14. confer *Huet.*

Porrò de characteribus divinitatis scriptura agitur.

demonstrat. Evang. Axiom. IV. Omnis prophetica facultas à Deo est.

§. XXII.

Eadem scripturæ divinitas amplius probatur.

Accedit (5.) quòd scriptura sacra ejusque doctrina insuper variis miraculis iisque *maximis*, quæ universæ naturæ vires causarumque secundarum ambitum excedunt, & *certissimis*, de quorum veritate liquidò constat, ut ab hominibus à præjudiciis liberis & veritatis amantibus in dubium vocari nequeant, confirmata sit. Quis non stupet ad ingentia miracula Mosis, quibus Ægyptum maximis affecit plagis & tantum non subvertit, populum verò Israeliticum ex Ægypto eductum in deserto inhospito circumduxit atque sustentavit. Non minora fuerunt Christi & Apostolorum miracula, numero plurima Joh. XX, 30. XXI, 25. ratione modi stupenda, divina, nunquam visa Matth. IX, 33. Joh. IX, 32. in quibus digitum Dei observamus clarissimè. Facta etiam sunt hæc miracula eo modo & tempore, ut ad confirmationem doctrinæ manifestam habeant schesin Exod. XIX, 9. Joh. II, 11. Matth. IX, 6, 7. & XI, 4, 5. imò miracula Christi in Prophetis passim prædicta erant, atque eundem manifestè habebant scopum, quem doctrina; cùm omnia essent ad salutem & bonum hominis comparata Luc. IIX, 55, 56. ad hominem ex potestate diaboli & ab omni malo liberandum, unde etiam spiritualium Christi beneficiorum significativa erant. Quare cùm tot & tanta miracula à causis secundis fieri nullo modo queant, nec Deus etiam salvis suis virtutibus, veritate, sanctitate, bonitate falsæ doctrinæ tale testimonium præbere queat, certissimè planè concludimus, eam doctrinam, quæ tot ac tam stupendis operibus confirmata est, divinæ esse originis atque auctoritatis. Denique (6.) divinitatis scripturæ argumentum

tum etiam præbet, si ejus authores comperiantur fuisse ingenui, veritatis sanctitatisque studiosi, qui res hujus seculi, quas plerique homines magni faciunt, bona, honores, commoditates vitæ, voluptates neglexerint, contempserint atque despiciendas esse suâ & doctrinâ & exemplo probaverint, qui adeò pro veritatis defensione etiam quævis mala, ignominiam, infamiam, plagas, exilium, direptionem bonorum, tormenta, imò mortem ipsam truculentissimam subire non detrectarint Heb. XI, 24-26. 2. Cor. XI, 23-26. IV, 7-11. Quid enim aliud inde concludere possumus, quàm scriptores hujus verbi de ejus veritate & divinitate fuisse certissimos, quam vel morte sua confirmare non recusarunt; aliter si foret, omnium mortalium vel stultissimi vel pessimi fuissent, utrumque verò quàm longe ab iis absit, divina eorum scripta satis loquuntur, quæ divinam sapientiam atque sinceram sanctitatem ubique spirant.

§. XXIII.

Ex divinitate, perfectione & perspicuitate scripturæ concluditur eam esse principium fidei.

Ex hisce procul dubio similibusque argumentis *divina scripturæ origo* evidentissimè constat. Evicta etiam satis est à Theologis contra adversarios sacræ scripturæ *perfectio*, quâ omnia complectitur ad salutem scitu, creditu factuque necessaria, atque nunc sub N. T. etiam perfecta est *perfectione graduum*. Cùm enim sub V. T. Christus ut futurus prædiceretur *in verbo promissionis*, nunc etiam sub N. T. accessit *Evangelium impletionis* Rom. I, 1, 2. quo Christi adventus, operis salutis consummatio, Christi exaltatio, Evangelii per mundum diffusio, Ecclesiæ erectio inter gentes, fatorum ejusdem in mundo series & perfecta demum in reditu Christi ad judicium glorificatio continetur, eaque quæ nobis incumbunt, ut tantæ salutis evadamus

mus participes, nempe resipiscentia, fides in Christum, amor, spes, omniumque virtutum Christianarum studium, sufficientissimè in scriptura proponuntur, ut novo quodam verbo opus non sit; atque Apostoli & Evangelistæ si alia insuper è re Ecclesiæ atque ad ædificationem necessaria judicassent, procul dubio nobis tradidissent, nam Spiritus S. eos in omnem veritatem duxit Joh. XVI, 13. quam illi etiam fideliſſimè nobiscum communicarunt Act. XX, 27. Nec materia plura scribendi deerat Joh. XX, 30. XXI, 25. Erat igitur necessarium *Evangelium promissionis*, ut sub œconomia V. T. haberent fidei in futurum Messiam fundamentum. Erat sub N. T. necessarium *Evangelium impletionis*, ut Messiam promissum secundùm scripturas venisse atque redemptionem per sanguinem suum perfeciſſe edoceremur. Nunc verò sacra scriptura habet *perfectionem graduum*, atque de Christi adventu, salute & bonis, nostrisque officiis edocti atque per fidem cum ipso uniti nihil ampliùs expectamus quàm alterum ejus adventum ad judicium. 1. Cor. I, 5-8. Cùm enim aliam in hoc mundo œconomiam non ampliùs expectemus, sed illa N. T. usque ad finem mundi duratura sit, Matth. XXVIII, 20. 1. Cor. XI, 26. nihil amplius requiritur, quàm ut πιςον illum και πασης αποδοχης αξιον λογον 1. Tim. I, 15. recipiamus ac secundùm illam normam incedamus; quod qui faciunt, super illis pax erit & misericordia & super Israelem Dei, Gal. VI, 15. Denique verbo monemus scripturam etiam esse *perspicuam*, ut ab omnibus, quorum Sp. S. oculos illuminat, adhibitis legitimis interpretationis mediis, lectione, meditatione, precibus intelligi possit in iis, quæ sunt necessaria ad salutem, quæ scripturæ perspicuitas etiam contra Pontificios liquidò in systematis demonstrata est; ex quibus omnibus in unum

unum collectis nunc sequitur conclusio, quòd *Scriptura Sacra sit sufficientissimum fidei principum*, ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

§. XXIV.

Quicquid enim ad *principium cognoscendi* requiritur, illud omne in superioribus scripturæ competere ostendimus. Nempe Principium debet esse *certum*, *clarum*, *per se notum*, atque *fœcundum* seu sufficiens ad ea omnia demonstranda, quæ exinde deduci debent. Requiritur ante omnia in Principio, ut sit *certum*, neque enim ex incertis firma demonstratio peti potest; Et qualis structura erit, si basis ruinosa sit & vacillet? Porrò postulamus, ut Principium sit *clarum*; quod enim aliis lucem affundere debet, clarum sit ipsum oportet. Obscurum enim ex obscuro clarum reddi nequit. Causa non dat, quòd non habet; nec potest esse in conclusione, quod non fuerat in præmissis. *Per se notum* etiam esse debet; si minus, atque ex aliis demonstratione opus habeat, non tam Principii, quàm Principiati potiùs nomen meretur. Denique nisi Principium *sufficiens* sit ad alia inde deducenda atque veritates fœcundo veluti sinu ex se pariat, principium dici nequit, utpote quod relatè dicitur ad ea, quæ ex ipso oriuntur. Jam verò has omnes Principii proprietates scripturæ inesse dicimus, atque ex suprà dictis ostendi facilè potest.

Amplius ostenditur Scripturam Sacram esse principium fidei, atque eum in finem Principii proprietates proponuntur.

§. XXV.

Equidem scriptura sacra (1) *certa* est, quatenus firmissimis argumentis ejus divinitas ad animum nostrum demonstrari potest, ita ut non minùs, quàm Mathematicus de suis Principiis, de Scripturæ divinitate persuasi esse

Fit illarum proprietatum ad Scripturã applicatio.

queamus. Quare si Deus humanum genus curat, quemadmodum eum esse omniaque providentiâ suâ regere certissimi sumus, hoc Verbum, quod tot suæ veritatis divinitatisque criteria habet, divinum esse indubitatum est. Quæso enim, si hoc verbum pro divino amplecti nolis, finge aliam revelationem, sed quæro ex te, an *aliis*, an *evidentioribus*, an *majoribus*, quàm in hoc verbo continentur, ad conscientiam demonstrari queat argumentis? Aut itaque hoc cœleste veritatis depositum pro certo atque divino recipiendum, aut ad scepticismum in religione, imò atheismum parata via est. vide Exod. XIX, 9. Deut. IV, 6-14. 2. Cor. IV, 3. 4. 1. Thess. I, 5. 1. Joh. I, 1-3. Porrò verò (2) Scripturam *claram* esse suprà diximus; non eo sensu, ac si clarum omnium fidei mysteriorum conceptum facere possimus, sed quatenus tamen το οτι eorum, quæ ad salutem credenda sunt, clarè intelligere Scripturæque sensum in iis, quæ ad salutem pertinent, evidenter assequi possumus Ps. XIX, 9. 2. Pet. I, 19. Insuper etiam (3) Scriptura *per se nota* est, non ac si nihil planè præsupponeret, vide *Hundii disput. de S. Scripturæ præsuppositis*, sed quatenus in se sufficientia habet argumenta, quibus seipsam commendat ad conscientiam suamque divinitatem probat, ut ejus authoritas non aliunde, non à testimonio externo dependeat, & quatenus illa argumenta attento Scripturæ lectori etiam sponte se offerunt, sicuti lux radios ex seipsa „ diffundit. „ Nempe quemadmodum ο λογος seu ser- „ mo patris essentialis & quasi ενδιαθετος, (eum plenis- „ simè tum ut character substantiæ ejus, tum factis & „ verbis Dei, edisserens) dum formâ Dei veluti exutus, „ in servi forma inter nos ambulavit, emissis identidem „ divinitatis suæ radiis aliisque certissimis indiciis, gloriam

„ suam

ſuam tanquam gloriam unigeniti à Patre, omnibus ad „
Moſen & Prophetas attendentibus & Chriſti vitam, facta „
& paſſiones cum iis contendentibus, contemplandam „
exhibuit Joh. I, 14. ut non opus haberet teſtimonio ho- „
minum Joh. V, 14. Ita το ῥημα ſeu verbum Dei προφορι- „
κον, quamvis humanis literis, verbis & ſimplicibus hu- „
milibusque loquendi modis quaſi veſtiatur, tamen lu- „
culentis divinitatis ſuæ radiis ita pellucebit & humanæ „
mentis oculos feriet, ut omnes ii, qui conſcientiam „
non repellunt & voluntatem Dei facere volunt 1. Tim. „
I, 19. Joh. VI, 17. illius divinam originem, lucem, ſa- „
pientiam & potentiam evidentiſſimè cognoſcant & pro- „
pterea ut verbum, non hominis ſed DEI, recipiant; „
etſi nullâ aliâ, cujuscunque ea ſit, authoritate infalli- „
bili & αυτοκρατορικως definiente & obligante ad hoc con- „
ſtringantur. *ſunt verba* Hundii diſput. 1. de verbo Dei „
§. 10. „

§. XXVI.

Ultima Principii proprietas Scripturæ ineſſe oſtenditur.

Denique (4) Scripturam etiam *fœcundum* atque *ſufficiens* eſſe pertendimus Principium, quatenus ea omnia, quæ ad ſalutem requiruntur, pleniſſimè in ea continentur atque ex ea demonſtrari poſſunt. Sive enim *Deum* reſpiciamus, quis qualisque ille ſit tum in ſe tum ratione noſtri, ſive *Mediatorem*, qualis ille ſit ratione perſonæ, officiorum, ſtatuum, beneficiorum, ſive *medium unionis* cum mediatore, ut beneficiorum ejus compotes evadamus, ſive *nos ipſos*, quales olim fuerimus in integritate, nunc ſimus in ſtatu corruptionis, quales denique eſſe debeamus in ſtatu gratiæ erga Deum, Chriſtum, proximum, nos ipſos, hæc omnia Scriptura complectitur. Imò ea, quæ fundamentum concernunt, in Scriptura inculcantur ſæ-

pissimè, traduntur liquidissimè & diffunduntur latissimè, adeoque in ea tanquam principio sufficientissimo acquiescere possumus, modò ea lex Dei inscribatur cordibus nostris Jer. XXXI, 33. atque in typum illius doctrinæ traditi obediamus ex corde Rom. VI, 17. *Beatus est vir ille, qui non ambulat* &c. *sed cujus voluptas est in lege Jehovæ, eamque meditatur die & nocte.* Ps. I. -- משפטי יהוה אמת בשמרם עקב רב Ps XIX, 10, 12.

§. XXVII.

Et quidem unicum Scriptura est Principium.

Quemadmodum verò S. Scriptura fidei principium est certum, clarum, per se notum, fœcundum atque sufficiens, ita & *Unicum* est, nam (1) quod in suo genere perfectum existit, aliud ejusdem generis excludit. Non excludit quidem Scriptura Sacra Spiritum S. tanquam causam efficientem illuminantem, nec rationem tanquam instrumentum, nec media atque adminicula, quibus ad sensum penetremus; excludit tamen aliam *normam* seu aliud *principium*, quoniam ipsa in suo genere sufficit. (2) Scriptura proponitur ut medium regenerationis Jac. I, 18. 1. Pet. I, 23-25. fidei Rom. X, 14-17. sanctificationis Joh. XVII, 17. salutis. Rom. I, 16. 1. Cor. I, 18, 21. Jac. I, 21. est fundamentum Ecclesiæ Eph. II, 20-22. atque ita erudire potest, ut homo Dei sit προς παν εργον αγαθον εξηρτισμενος. 2. Tim. III, 17. quod de nulla alia re dicitur, atque sic unicum est principium. (3) præter Scripturam nullum aliud „ datur verbum salutis „ Miror vos ita citò, deserto eo, „ qui vos vocavit in gratiam Christi, transferri in aliud „ Evangelium, quod non est aliud, sed nonnulli vos turbant & volunt invertere Evangelium Christi, sed etiamsi „ nos aut Angelus è cœlo Evangelizet vobis præter id, „ quod vobis Evangelizavimus, anathema esto; ut ante diximus.

diximus, etiam nunc iterum dico, si quis vobis Evan- „
gelizaverit præter id, quod accepistis, anathema esto. „
Gal. I, 6-9. Sed metuo, ne quo modo, sicut serpens „
ille Evam seduxit calliditate sua, ita corruptæ cogitatio- „
nes vestræ degenerent à simplicitate, quæ est in Christo, „
enimverò si veniens quispiam alium Jesum prædicet, „
quem non prædicavimus, aut si Spiritum alterum acci- „
piatis, quem non acceperatis, aut Evangelium aliud, „
quod non receperatis, bene illum toleraveritis. „ 2. Cor. XI, 3. 4. (4) ad Scripturam unicè remittimur. Esa. VIII, 20. Ps. CXIX, 6, 9. Luc. XVI, 29, 31. Gal. VI, 16 2. Pet. I, 18. cui (5) nihil addendum nec detrahendum est. Ps. XIX, 8. Deut. IV, 2. Apoc. XXII, 18, 19. atque (6) juxta eam omnia exploranda sunt eique conformia esse debent. Rom, XII, 6. 1. Pet. IV, 11. Et si quis novas revelationes præ se ferat, examinandæ veniunt secundum scripturam; cui si consentiant, hactenus ratione materiæ sive rei amplectendæ sunt pro veris propter fundamentum scripturæ; quo ipso tamen nondum probantur esse revelationes immediatæ Sp. S. Si non, rejiciendæ sunt planè. Atque sic Scriptura manet *unicum* ac *sufficientissimum fidei principium.*

§. XXVII.

Quomodo circa hoc verbum legendo, meditando, nos ipsos juxta illud examinando, per υποταγην της ομολογιας illud recipiendo atque pro statu nostro id ipsum προς διδασκαλιαν, προς ελεγχον, προς επανορθωσιν, προς παιδειαν την εν δικαιοσυνη 2. Tim. III, 16. & προς παρακλησω Rom. XV, 4. nobis applicando versari debeamus, addi nunc posset; sed non sunt ea hujus loci, aliunde etiam

Notatur Scriptura abusus aliquis in sortilegio.

satis nota & inculcata. Abusum tantummodò quendam, qui cum Scriptura Sacra olim commissus fuit hodieque iterum apud nonnullos, qui temerè omina captant atque divinationes amant, irrepere videtur, hîc notamus, quando in apertione sacrorum librorum per versum, qui primò in oculos incidit, aut alia ratione (nam plures hujus sortilegii modos fuisse ex *Delrio* discimus loco infrà citato) sibi hoc vel illud peculialiter à Deo indicari atque sic specialem divinæ voluntatis in hoc vel illo casu revelationem sibi fieri putant, quæ vocantur *sortes Evangelicæ*, vel *sortes sanctorum*; sed meritò illud sortilegii genus pro abusu habemus, nam (1) ex superstitione gentilium originem trahit, apud quos sortes *Homericæ*, *Virgilianæ* erant usitatæ (2) non potest suscipi in fide, fides enim præcepto & promissione Dei nititur, quæ hîc nobis data non sunt, adeoque superstitionis notam effugere nequit, atque in eo est tentatio quædam divinæ providentiæ, ac si Deus hac ratione per specialem providentiam concurrere vellet, quod se facturum nuspiam promisit, unde etiam illud in fide à Deo petere non possumus. (3) Scriptura nobis data est eum in finem, ut eam sapienter expendentes in nexu suo legamus atque consideremus, & per serium nostri scrutinium nobis secundùm statum nostrum applicemus, non ut pericopam aliquam à reliquis avulsam & casu ad oculos nostros primò delatam aut alia ratione designatam pro divinatoria habeamus atque exinde absque evidentibus rationibus spemque metumque concipiamus, confer. *Delrio Disquisit. mag. lib. IV. c. II. Sect. III.* ubi aliquot hujus sortilegii modos exponit, atque in Augustini exemplo, *Confess.* lib. IX. nullum ejus præsidium esse ostendit, qui divinâ monitione ad hoc inductus

ductus librum sacrum evolvit, quod in exemplum trahi non debet. Nec quicquam etiam hûc faciunt verba Luc. IV, 17. 18. *Tunc datus est ei* (Jesu) *liber Esaiæ Prophetæ; quumque explicuisset librum, invenit locum, in quo scriptum erat; Spiritus Domini super me &c.* nam inveniſſe locum Christus dicitur, animum verò post traditum Esaiæ librum ad eum intendisse aut quæsivisse non negatur, nam & ea quæ quærimus, invenire dicimur. Christus enim, cùm concivibus suis Nazarethanis se tanquam verum Messiam secundùm Prophetas promissum demonstrare vellet, rectiùs ad illustrem aliquam de se propheriam ex sermonis intentione respexisse, quàm primum quemque locum fortuitò sibi oblatum pro sermonis materia arripere voluisse creditur. Nec ullâ tali speciali providentiâ, per quam Christo certus aliquis locus indicaretur, opus erat, cùm Christus optimè ea omnia loca haberet explorata, atque absque tali sortilegio prudentem horum omnium selectum optimè facere poterat. Quicquid sit, nostrum non est hac ratione circa verbum DEI περιεργᾶς esse sed *scrutari scripturas* Joh. V, 39. *animadvertere* Matth. XXIV, 15. *spiritualia cum spiritualibus conferre* 1. Cor. II, 13. ut quisque εν τω ιδιω νοι πληροφορεσθαι Rom. XIV, 5, plenam secum persuasionem & certitudinem habere possit.

Sectio II.

DE

Aliis extra Dei verbum revelationibus immediatis, atque in specie etiam nonnullorum hodie quos vocant, inspiratorum enthusiasmis.

CAP. I.

Quod est præliminare, de oppositione contra verbum Dei facta.

§. I.

S. Scripturæ dignitas, tanquam sceptri regni Christi.

EVicimus Sect. I. verbi divini sacris literis comprehensi divinitatem certissimam; perfectionem sufficientem atque perspicuitatem etiam ei inesse in iis omnibus, quæ ad salutem peccatori necessaria sunt, monitum fuit; atque clarè ex idoneis argumentis deduximus S. Scripturam esse sufficientissimum, imò unicum fidei principium. Sic itaque hoc verbum est sceptrum regni Christi, per quod dominatur in medio hostium suorum Ps. CX, 2. XLV, 5. per quod Deus sibi robur fundavit ex ore infantium & lactentium propter inimicos suos ad abolendum hostem & ultorem sui (Diabolum) Ps. VIII, 3. Quo Deus usus fuit & adhuc utitur tanquam instrumento ad aperiendum oculos eorum, qui sedent in tenebris, & convertendum à tenebris ad lucem, à potestate Satanæ ad Deum, ut remissionem peccatorum accipiant & sortem inter sanctificatos, per fidem in Jesum Christum. Act. XXVI, 18.

§. II. Prono

§. II.

Prono hinc alveo fluit, quanti illud verbum facere & quo ſtudio circa illud verſari debeamus. Eſt equidem illud verbum καμηλιον noſtrum. *Judicia Jehovæ deſideratiſſima ſunt, deſiderabiliora auro & quidem auro purgatiſſimo quàm plurimo ac dulciora melle & quidem acæto melle* Pſ. XIX, 11. *Melior eſt mihi lex oris tui multis millibus nummûm aureorum & argenteorum.* Pſ. CXIX, 72. Eſt theſaurus noſter, lac, cibus, manna, lux, gladius &c. Eſt converſionis in ſuo genere ſufficientiſſimum medium, Luc. XVI, 29-31. In quocunque etiam ſtatu verſetur fidelis, habet in illo verbo, ex quo ſe inſtruat, confirmet, excitet, ſuſtentet atque conſoletur. Et quemadmodum Deus in natura nobis proſpexit de iis, quæ ad vitam animalem ſuſtentandam, varios etiam morbos arcendos vel expellendos pertinent, ſic in verbo Dei de iis, quæ ad vitam ſpiritualem & æternam requiruntur, atque ad animæ, imò totius hominis ſpiritualem medicinam ſalutaria ſunt, liberaliori adhuc manu nobis proviſum eſt. Sed & è contrario facilè patet atque per omnium ſeculorum experientiam conſtat, quàm infenſo Satanas contra verbum Dei, quod eſt validum regnum ipſius deſtruendi inſtrumentum, ſit animo, atque quantum ejus interſit, ſi illud è medio tollere, depretiare, obſcurare, pervertere, corrumpere, inutile reddere poſſit, ne ſcil. domo ſua ejiciatur, atque vaſa ejus diripiantur Matth. XII, 29.

Quo nomine nobis præſtantiſſima cenſetur, Satanæ verò admodum exoſa eſt.

§. III.

Equidem illud omni tempore Satanas molitus eſt, ut hujus verbi authoritati atque fructui detraheret. Cùm enim hic ſit omnium infenſiſſimi hoſtis conſiliorum ſcopus, ut Regno Dei, quod eſt Regnum lucis & juſtitiæ,

Satanas manifeſtè ſe verbo Dei opponit.

contrarium regnum, quod est suum, mendacii, tenebrarum & injustitiæ opponat, inducat & stabiliat, idque omni vi, potentia, fraudibus & astu erigat, promoveat & confirmet, hinc quibuscunque technis potuit, vi ac dolo ab hoc verbo homines avertere annisus fuit. Ubicunque verbum Dei non est, id solicito studio diabolus agit, ut perpetuò inde arceatur atque homines in sua ignorantia, cæcitate, idololatria, concupiscentiis atque vitiis retineantur. Hinc quando sub N. T. Evangelium ad gentes propagandum erat, varios ejus præconibus excitavit adversarios, qui vel vias domini rectas perverterent Act. XIII, 10. vel manifesta vi atque crudelitate se iis opponerent. Nullum non lapidem movit improbus hostis tum inter Judæos tum inter gentiles, ut sufflaminaret Evangelii cursum, atque quicquid per Judæorum primores, gentilium Philosophos, sacerdotes, magistratus potuit, ejus nihil intentatum reliquit, uti ex historia tum scripturæ tum Ecclesiastica satis patet.

§. IV.

Aut si verbi divini cursum impedire nequeat, ad varias fraudes conversus vel impedit, ne verbum in animum descendat & fructum ferat.

Quandoquidem verò Diabolus aperto marte & veluti γυμνη κεφαλη veritati divinæ resistere eamque opprimere non potest, ad alias artes conversus fructum verbi intercipit ac per μεθοδειαν της πλανης verbi sensum corrumpit, aut ejus dignitatem, authoritatem atque usum elevat & depretiat, quæ multis modis facta sunt. Nempe plures, etiam sub dispensatione verbi viventes, Diabolus excæcat, ut ad illud non attendant, ejus divinitatem, pretium, necessitatem, splendorem, efficaciam & usum non sentiant intimè nec vividè experiantur in animo. *Quod si opertum est Evangelium nostrum, iis qui pereunt, opertum est, in quibus Deus hujus seculi excacavit mentes, nempe in infidelibus, ne*

ne irradiet eos illustratio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei. 2. Cor. IV, 3, 4. Variis multos occupationibus, jucundis, tristibus, laboriosis, delectabilibus detinet, curis, vanitatibus atque concupiscentiis implicat, ut religionis sensum tollat, minuat, elanguidum reddat, atque sic verbum iis inutile reddat, imò ex animo auferat iterum. *At non profuis illis auditus sermo, ut qui fide contemperatus non fuerit apud illos, qui audierant.* Heb. IV, 2. quò pertinet parabola de quadruplici agro. Matth. XIII.

§. V.

Vel scripturæ sacræ sensum per hæreses corrumpit vel per traditiones ejus auctoritati detrahit.

Sed & aliis rationibus nocentissimus hostis contra illud verbum machinationes suas instituit, sive quòd verbi genuinum sensum corrumpat, sive quòd aliud quoddam verbum cum scriptura combinari aut in ejus locum substitui, sive denique quòd Rationi plus minusve, quàm par erat, tribui faciat; primum in hæreticis observamus, qui magno numero, post exortam per Christum lucem, Ecclesiam infestarunt, atque ut monstrosis opinionibus formam & colorem inducerent, argutis cavillis scripturæ sensum enervare, sophisticis glossis corrumpere eamque ἰδιας επιλυσεως facere ausi fuerunt. Ita Diabolus zizania in Ecclesiæ agro sparsit errorum, hæresium, blasphemiarum, idololatriæ vitiorumque. Eò pertinent infausta Simonis Magi, Cerinthi, Marcionis, Photini, Arii, Nestorii, Eutychis, Manetis, Pelagii &c. nomina, quorum longum hîc texere catalogum nihil attinet. Insuper etiam aliud juxta cum scriptura in eodem veluti throno collocare verbum adlaboravit, quod non tantum pari cum ea auctoritate ac loco, sed etiam successu temporis majoris pretii haberetur. Quemadmodum enim veris Prophetis falsos, numerosiore copiâ, opposuit 1. Reg. XXII. ut horum interventu illorum

missionem & auctoritatem convelleret atque dubiam redderet, sic etiam deinceps verbo scripto aliud appositum & oppositum, per quod illius auctoritas evilescceret, sensus corrumperetur, atque superstitioni lata panderetur porta.

§. VI.

Quod ultimum sub V. & N. T. factum esse ostenditur.

Factum illud jam olim inter Judæos, inter quos præsertim Pharisæi ex commentitiæ & per ἐκθσιασμον superstitiosæ cujusdam sanctitatis Zelo, cum contemptu legis scriptæ, traditiones varias invexerunt, quæ deinde in corpus doctrinæ cum aliis compilatæ legem oralem constituunt atque aliud quoddam verbum; quod à Deo in monte Sinai Mosi, ut putant, datum ac per traditionis successionem ita propagatum in commentarium librum, ne tandem, in διασπορα Judæorum, præclarum opus interiret, redactum est, quem *Mischnah* appellant. Quantum verò huic legi orali tribuant, ex eo patet, quando non verentur dicere; *Mosen fundatum esse super legem oralem, quæ est lætitia cordi & ossibus medulla*; & nullam *perfectam expositionem adduci posse, si legis scriptæ præceptorum vestigiis tantum insistatur & non potius fundamentum locetur in verbis sapientum.* Quin *propter legem oralem initum esse fœdus à Deo cum Israëlitis* &c. quales Rabbinorum flosculos legere est apud *Buxtorf. Synag. Jud. c. 1.* Quanta verò verbo scripto clades per δευτερωσεις Judaicas illata fuerit, seu potiùs quantum malum sibi ipsis per traditionum studium attraxerint, res ipsa loquitur. Christus iis exprobrat, quòd *transgrederentur mandatum Dei per traditionem suam.* Matth. XV, 3. Atque *Burmannus in Synops. Theol. lib. I. c. IX. §. 27.* ita hoc damnum proponit. *Erat autem hoc Satanæ artificium, ut per legem hanc Judæos à lege Dei & scripti verbi scrutatione averteret. Unde factum, ut vera scripturæ interpretatio neglecta,*

neglecta, & antiqua Patrum catecheſis de Meſſia & juſtitia ac regno Dei, quæ clavis erat cognitionis Luc. XI, 52, occultata & mutilata ſit, & falſæ interpretationes præceptorum Dei ſint introductæ Matth. V. & XXIII. capp. Sub N. T. non minùs ſcripturæ per traditiones derogatum eſt, quando non tantùm hæretici multi mox traditiones jactarunt, ſed etiam deinceps Pontificii traditionibus nimis, cum neglectu verbi ſcripti, inhæſerunt, imò tandem in Concilio Tridentino pari pietatis affectu cum ſcriptura recipiendas eſſe ſanciverunt. Quomodo verò iidem de ſcriptura ſenſerint olim & ſentiant adhuc, ex controverſiis, quæ de ſcripturæ neceſſitate, auctoritate, perfectione, integritate, perſpicuitate, lectione & ſenſu cum ipſis nobis intercedunt, cognoſci poteſt.

§. VII.

Nec minus S. ſcripturæ authoritati derogavit per Rationis luxuriantis abuſum in exceſſu, quod factum in Socinianis.

Nocentiſſimum porrò contra ſcripturam virus effudit Socinus, qui ex rationis naturalis modulo de ſalutis myſteriis philoſophans non rationem ſcripturæ, ſed ſcripturam rationi ſubjecit. Poſito enim hoc fundamento, nihil eſſe de Deo credendum, niſi quod per rationem de Deo cognoſci poteſt, neque quæ de Deo in ſcripturis revelantur, ulterius quid nobis patefacere, quàm quod naturâ duce, ex ipſis rebus creatis de Deo innoteſcit, omnia ſalutis myſteria de SS. Trinitate, filii ſponſione, ἐνσαρκώσει, ſatisfactione, fide in Jeſum Chriſtum atque per ejus δικαιώμα juſtificatione, Sp. S. gratioſa operatione &c. unâ liturâ inducuntur; quicquid in religione μυστηριώδες eſt, proſcribitur, atque religio quædam communis generaliſſimis tantùm rationis principiis nixa introducitur, intra cujus ſeptum omnes tandem, cujuscunque fuerint ſectæ homines, non excluſis gentilibus, Judæis, Mahummedanis, recipi poſſint, quod

impurus hæreticus etiam intendisse videtur. Hinc quàm iniquè cum scriptura agant & quibus eam fidiculis, ad mysteriorum fidei ex Pseudo-Theologia sua expunctionem, torqueant, judicium fieri facilè potest, & impia Socinianorum glossemata loquuntur. *Heidan. in diatr. de Socin. c. IV. §. 10.* quando de Christo agit, ita in ipsorum sacræ scripturæ detorsiones invehitur. *Hinc illa S. scripturæ & oraculorum omnium, quæ de Christo sonant & regno ejus, extenuatio & eviratio. Quâ scriptura equuleo ingenii humani excarnificata meliore sui parte castrata visitur, ut instar hydropici corporis verborum quendam ογκον & tumorem præferat quidem, cæterum re ipsa spoliata jejunos & rancidos tantum sensus fundat, quibus nihil, præter verborum grandem strepitum, rei subsit. Quo factum, ut cum legitur Moses & Prophetæ, non compareat in illis Christus, qui sub velo latens illis securè præteritur, & quæ de illo sunt oracula, vel non de illo loqui, vel aliud quid quàm illi conveniat, continere dictitatur. Quæ maxima est fidei Christianæ depressio & Veteris Testamenti exinanitio* &c. Qui plura velit, eruditissimam *Heidani de Socinianismo diatribam* consulere poterit.

§. IIX.

Nec minùs per depressionem rationis in defectu, quod factum per confictas revelationes, in quibus Ratio criteria divinitatis non deprehendit, sed potiùs contrarium.

Sic ergo illi ex turbidæ & lutulentæ Rationis lacunis quàm ex limpido Israelis fonte bibere malunt, atque *derelictâ scaturigine aquarum perennium sibi effodiunt cisternas, cisternas fractas, quæ non capiunt aquas.* Jer. II, 13. sed quemadmodum illi in excessu circa Rationem, sic alii circa eandem in defectu peccant. Nempe fuere olim & hodie renascuntur, qui ad alterum extremum prolapsi *revelationes privatas* præ se ferunt, atque eas paris cum scriptura auctoritatis faciunt, quo ipso an non scripturæ derogetur eaque

eaque novo ſtratagemate ex manibus hominum excutiatur, prudentes, qui quò illi conatus tendant, longiùs proſpiciunt, dijudicent. Oracula Spiritus magno numero funduntur, quorum jam volumina extant. Scripturam ad ſenſum & hypotheſes ſuas flectunt. Novi ſpiritus dictatus avidè hauriuntur. Sed quid de hodiernis revelationibus ſit, nondum dicendi locus eſt. Illud hîc, quando de oppoſitione contra ſcripturam facta loquimur, notaſſe ſufficiat, fuiſſe olim tales, qui falſas revelationes jactaverint, atque eos, qui Patrum noſtrorum memoriâ, tempore Reformationis, revelationes ſpiritûs & angelorum ſecretas jactabant, in ſacram ſcripturam injurios fuiſſe reipsâ ſatis compertum fuit. Scripturæ quidem loca, multâ copiâ, nullo cum judicio, proferebant, ſed ut illa ratione ſimplicibus, qui ſcripturas amabant, faciliùs imponerent, uti conqueritur *Hoornbeckius in ſumma Controverſ. de Enthuſiaſt. & Libert. p. 419.* Interim in ſcripturam acriter invecti eam literam mortuam, miniſterium mortis &c. appellarunt, eamque imperfectam, dubiam, infantibus, non adultis in Chriſto, quibus internum & domeſticum ſpiritus dictamen pro regula ſit, neceſſariam aut utilem eſſe dicere haud verecundati ſunt, quæ ad manifeſtum ſcripturæ opprobrium dicta ſimul in ejus authorem redundant, adeoque talia à Spiritu S. eſſe non potuerunt. Confer *Cloppenburg. de Can. Theol. & Jud. Controv. diſp. II.* ubi poſtquam de participatione æterni verbi, quæ perficiatur ſine ulla imagine & phantaſmate, mentium noſtrarum quadam deificatione dixerat, ita pergit. *Hoc eſt ipſiſſimum illud, quod Enthuſiaſtæ urgent, magiſterium Dei nos docentis absque canone ullo, norma aut lege ſeu τυπῳ διδαχης, quod expreſſit Sebaſtian. Francus Paraphraſ. Theol. German. c. XXIIX. hac deſcriptione juſti*

ne justi & sancti Exlegis, quòd sit supra omnem legem, virtutem, præscriptum, ordinem, observationem evectus, etiam supra omnem creaturam & externa quoque omnia opera, verba, paræneses, doctores, libros eorum sublimatus nihil sciat aut agnoscat jam quàm quod in ipso, nisi Deum in cordis sui templo & Regno sacerdotem & Regem unicum, omnia præscientem, loquentem, patientem, tacentem, docentem, agentem. Per ista sacræ scripturæ derogatum esse atque loco principii certi, communis, infallibilis & clari privatum, ambiguum & fallax interdum inspirationum secretarum principium substitutum fuisse, secundum quod religio ex privato cujusvis cerebro formanda esset, quod etiam ex plurimis inter eos sectis patet, quis non videt? simul etiam iidem in Rationem iniquiores erant, studia omnia atque humaniorem literaturam, quæ proxima ad barbariem via, rejiciebant; ex libris & meditatione haustam sapientiam ignominiosè tanquam cerebrinam, superficiariam, umbratilem &c. traducebant *conf. Spanhem. Vindic. Bibl. lib. I. Loc. XLIIX. Matth. X, 19.* & quo in literas animo fuerint, ipso facto, ex spiritus mandato omnes præter S. scripturam libros flammis Monasterii abolendo, probarunt. An propterea Rationi infensiores fuerint, ne ipsorum inspirationes & somnia rigidiori examini subjecta rejicerentur, sed potiùs ut cæca fide & absque discretivo rationis judicio reciperentur, haud difficulter conjicere licet. Cùm itaque hodie plures iterum in Ecclesia oriantur, qui privatas & immediatas revelationes præ se ferunt, quid de illis sit, num cum prioribus paria faciant, idem sentiant & intendant, num verò genuinis ac certis gnorismatis sibi fidem adstruere possint, disquirere necessarium atque temporis ratio exigere planè videtur, præsertim ab iis, quos Deus in Ecclesia

clesia excubias agere jussit. Nos itaque etiam post alios gravibus nonnullis rationibus commoti pro gratiæ Sp. S. modulo de revelationibus immediatis sequentibus aliquot thesibus agere constituimus. Faxit DEUS O. M. per Spiritum suum, ut de Spiritu ejusque operationibus non loquamur aut meditemur nisi per Sp. S. *Jehova doce me facere placitum tuum, quia tu Deus meus es. Tuo spiritu bono deduc me per terram planam!*

CAP. II.

De veræ atque indubitatæ revelationis divinæ antiquitate & ad nostra usque tempora conservatione.

THESIS

Vera, certa & indubitata revelatio Dei mundo tantum non coæva, atque ad hæc usque tempora speciali providentia divinâ conservata est.

§. I.

FAcilis est asserti probatio. In statu quidem integritatis peculiari revelatione divina haud videbatur opus esse. Conditus erat homo ad imaginem Dei, atque sapientiâ instructus noverat naturâ Deum ejusque colendi modum. Legem habebat cordi inscriptam Rom. II, 14, 15. atque ex ejus dictamine Deum supra omnia ex toto animo, creaturas in Deo & ad Deum diligendas esse noverat. Quùm enim homo Deum tanquam summè perfectum, infinitum, æternum, independentem, immutabilem, omniscium,

In statu integritatis revelatione opus non erat, nisi in ils, qua per legem positivam Deo præscribere placebat.

omnipotentem, juſtum, ſanctum, bonum, beatum, tanquam creatorem ſuum, Legislatorem, dominum, exemplar, judicem, ſummum bonum & ultimum finem, ſe ipſum verò ut creatum, finitum, dependentem in omnibus, juri poteſtatique Dei obnoxium, ſummi boni deſiderio, non niſi ejus poſſeſſione ac fruitione explendo, naturâ præditum cognoſceret, facilè ex utriusque, Dei & hominis conſideratione fluit atque ex hac Deum inter & hominem relatione deduci poterat, qualis Deo dignus hominemque decens eſſe debeat cultus divinus. Scilicet Deum rectè cognoſcere atque facultatibus in hunc uſum datis ritè uti, ad rationis de Deo principia bene attendere, eadem per legitimum ratiocinandi uſum excolere, divinæ cognitionis in hujus mundi operibus obſervare radios atque colligere, porrò Deum rectè cognitum decenter colere, intenſiſſimo animi motu diligere, humiliter venerari, ejus legibus ſe in omnibus ſubjicere, nec ab iis latum unguem recedere, atque ſic omnia ad Dei gloriam facere officia erant, quæ conſcientiæ lux à natura ingerebat hominemque ad ea obligabat. Imò ſicuti homo Deum naturaliter etiam ut ſummum bonum cognoſcebat, ſic etiam ſanctum ejusmodi obſequium impenſumque & illibatum Deum in omnibus glorificandi ſtudium Deo gratum, atque ad conſequendam pro naturæ ſuæ modulo felicitatis in Dei communione conſummationem idoneum eſſe medium, haud difficulter intelligere poterat. Atque hactenus peculiari & ad Rationis congenitæ lumen inſuper accedente revelatione opus non erat. Si verò lege poſitivâ Deus, quod pro abſoluta libertate atque dominii ſummi eminentia poterat, hominem obligare vellet, utique per revelationem illud homini innoteſcere debebat, atque ita circa arborem myſticam cogni-

cognitionis boni & mali, id est, prudentiæ Esa VII, 15. factum esse legimus Gen. II, 16, 17.

§. II.

Postquam verò homo per lapsum à Deo defeciſſet, revelationis divinæ ad religionem Deum inter & peccatorem denuò stabiliendam absoluta necessitas erat. Neque enim nunc Ratio ampliùs ad ea, quæ aliâs naturaliter cognoscebat, æquè feliciter assurgebat, sed variè cespitabat, cæca nunc & perversa 1. Cor. II, 14. Ephes. IV, 18. quod paganorum, etiam subtiliſſimorum inter eos Philosophorum exemplo satis liquet. Atque quantæ illæ sint tenebræ, postquam ipse oculus factus est malignus, Christo magistro discimus. Matth. VI, 22, 23. *Lucerna corporis est oculus, itaque si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; sin autem oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Ergo si lumen, quod est in te, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ?* Quoniam verò ne in iis quidem, quæ naturaliter cognoscuntur, sibi sufficit Ratio, quid ab ea in istis, quæ supra ejus ambitum sunt, expectari potest? Fidei cultusque salutarem modum Deo homineque dignum Ratio in se ipsa non invenit, sed aliunde, ex revelatione, petere debet. Indiget fides necessario fulcro, certâ morum regulâ vita. Obicem peccati tollendi modum Ratio ignorat, nec quacunque ratione sanctiſſimi Numinis ira per peccatum accensa extingui queat, penetrat. An & quomodo Deus peccatori gratiam facere voluerit, à liberrima adeoque arcana ipsius voluntate pendebat. Rom. XI, 34. 1. Cor. II, 7-9. Aut quomodo certa fide, quæ sit ελπιζομενων υποστασις Heb. XI, 1. homo à Deo optimo quidem, sed sanctiſſimo etiam, atque justo judice & propter peccatum irato, vitæ immortalis atque beatæ maxi-

Post peccatum revelatio necessaria fuit, quam etiam Deus mox dedit.

mum bonum sperare potuisset, Deo nihil per verbum aliquod pollicente? Et quomodo vitam suam peccator cæcus & perversus totam ad Dei voluntatem componeret, nisi Deus aversum reduceret, erranti viam monstraret atque certissimam normam præscriberet? Et si quædam nunc post lapsum ad salutem peccatoris creditu necessaria sint mysteria, undenam ea nisi ex divina per revelationem institutione habere potest? confer Sect. I. §. 4. & *Van der Meulen veritat. relig. Christ. reform. assertam lib. I. c. IV. de natura veræ religionis.* Atque hinc etiam Deus mox post lapsum hominem sub arborum umbris latentem protraxit, & post pœnam, propter παραπτωμα denunciatam, testamentum gratiæ novumque fatorum ordinem aperuit, erecto in spem homine de conterendo per semen mulieris serpente novaque in semine benedicto conferenda vita. Gen. III, 8-15. Nec priùs terrestri Adamum paradiso expulit Deus, quàm ad cœlestem viam ipsi in Messia, gratiosa revelatione, patefeciisset. In hoc itaque Dei Verbo firmum erat fidei spei que patrum fulcrum atque præsidium, unde de fide Adami, Evæ, Abelis, Enochi, Lamechi, Noachi aliorumque in scriptura non desunt testimonia.

§. III.

Revelatio salutis postea continuata atque sub V. & N. T. in scripturam relata fuit.

Primam verò illam promissionem tanquam verbum salutis Deus deinceps πολυμερως και πολυτροπως repetivit, propagavit, confirmavit, novaque subinde luce auxit & circumstantiarum accessione vestivit. Præsertim Abrahamo promissio repetita, aliis etiam tum promissionibus, ad illam magnam de Messia tamen relationem habentibus, cùm Messias ex ejus semine carnali oriri, inter illum populum salutis opus consummare atque per hujus gentis statum, leges & cultum Christi & Ecclesiæ sub N. T. status præsi-

præfigurari debuerit, aucta, atque erecto fœdere solenniter confirmata fuit, à quo per posteros usque ad Mosen traducta fuit. Mosis verò tempore Deo placuit non tantùm sua manu legem decalogi inscribere tabulis lapideis, sed & promissionem, quatenus ea primùm facta, iterata, stabilita fuerat, unà cum universo legis choragio mundique & Ecclesiæ usque ad illa tempora historia ad perpetuum in Ecclesia usum scripto, per ministerium Mosis, consignari. Et prout Deo ad historiæ filum porrò texendum, gressuum ipsius in sanctuatio observationem, virtutumque in Ecclesia demonstratarum conservandam memoriam, promissionis confirmationem & testimonium Messiæ olim exhibendo perhibendum Act. X, 43. 1. Pet. I, 10, 11. Apoc. XIX, 10. ædificationem Ecclesiæ in resipiscentia, fide, moribus, fatorumque in beneficiis & castigationibus Ecclesiæ delineandam seriem expedire visum fuit, per quosdam Prophetas alii deinceps, diverso tempore, libri adjecti sunt, qui *canonem V. T.*, την παλαιαν διαθηκην 2. Cor. III, 14. תורה ותעודה Esa. VIII, 20. constituunt. Cui deinceps sub N. T. de Christo exhibito atque salute per ipsum parta nostrisque, quæ tantæ saluti respondent, officiis auctarium secundum in Apostolorum & Evangelistarum scriptis accessit, ut consummatus esset scripturæ canon, atque quæ in V. T. in thesi de Messia dicuntur, in N. ad Jesum, Mariæ filium, applicata exhiberentur, atque sic, pulcherrimâ inter V. & N. T., prædictionem & implementum, legem & veritatem, typum atque antitypum, umbras & corpus, atque illinc Prophetarum concinentium, hinc Apostolorum & Evangelistarum respondentium choros, harmoniâ fides nostra amplissimè instrueretur & confirmaretur.

§. IV.

Ejus conservationi divina providentia omni tempore invigilavit,

Quàm solicitè verò divina providentia pro conservatione hujusce revelationis scripto comprehensæ vigilaverit, plurimis nobis documentis abunde constat. Nam legis per Mosen datæ lectionem & inculcationem Deus seriò mandavit, ut ad omnium notitiam perveniret. Deut. VI, 6-9. & XVII, 18, 19. Jos. I, 8. Quem in finem Judæi deinceps lectionem legis Sabbathicam in suis פרשות instituerunt. Act. XV, 21. Quibus deinceps הפטרות ex Prophetis accesserunt. Moses etiam librum legis, ad perpetuam custodiam, מצד ארון ברית יהוה, ad latus arcæ fœderis Dei reponi jussit. Deut. XXXI, 26. Et quanquam liber legis tempore Josiæ, priorum temporum infelicitate & summa corruptione, plerisque ignotus fuisse videatur, custoditus tamen & in lucem iterum productus fuit 2. Reg. XXII, 6-11. Licèt etiam in destructione urbis & templi exemplaria quædam legis combusta fuisse credibile sit 4. Esdr. IV, 23. & XIV, 21. mansit tamen scripturæ liber. Nequicquam etiam Antiochus flammis abolere legem per summum nefas ausus fuit. 1. Macc. I, 59, 60. Scribæ etiam & Pharisæi, insano traditionum studio, sensum scripturæ variè corruperunt. Jer. IIX, 8. Mal. III, 2, 3. Matth. V. clavem scientiæ occultarunt atque à φρονησει των δικαιων defecerunt Luc. XI, 52. & I, 17. & legem Dei irritam fecerunt per mandata humana Matth. XV, 6. à Christo acriter propterea reprehensi; nihilominus tamen ipsa verbi divini litera integra atque incorrupta conservata fuit Matth. V, 18. atque in ea conservanda fideles fuerunt Judæi Rom. III, 2. ita ut, Deo oculos revelante, mirabilia legis divinæ cerni semper potuerint & adhuc possint Ps. CXIX, 18. quam scripturæ tempore V. T. conservationem, integritatem atque à corruptione præservationem pluribus

pluribus Theologi asseruerunt & contra omnes objectiones vindicarunt. Nec minùs sub N. T., confuso omni diaboli conatu & irrito facto, contra tyrannorum sævitiam, hæreticorum malitiam, AntiChristi, sub quo duo illi testes occisi fuerunt Apoc. XI. fraudes & tyrannidem, singulari Numinis providentiâ, sacra scriptura ad hunc usque diem conservata fuit; nec dubitamus, omni hostium molimine eversо, hoc verbum, pro summa Dei erga Ecclesiam benignitate ad consummationem seculorum perennaturum esse. Esa LIX, 21. Matth. V, 18.

§. V.

Revelationis olim datæ ad nos propagatio maximum est beneficium solicitè à nobis conservandum.

Quemadmodum verò in eo ingens Dei beneficium, quòd verbum suum dederit, agnoscimus, absque quo in maximarum rerum, earum nempe, quæ salurem nostram concernunt, ignorantia versaremur Ps. CXLVII, 19, 20. Act. XIV, 16. XVII, 30. Gal. IV, 8. sedentes in tenebris & umbra mortis Matth IV, 16. sic pro majori etiam illud beneficio, quòd Deus sub promissione olim cœptam, sub V. T. continuatam & sub N. denique consummatam revelationem nobis conservaverit, quàm si illâ abolitâ novam & immediatam de necessariis ad salutem daret, agnoscimus. Nam (1.) hac ratione historiam Ecclesiæ, à primis ejus incunabulis usque ad N. T. tempora Evangeliique per mundum diffusionem, certissimam Sp. S. authore, possidemus. (2.) Sic divinarum virtutum, sapientiæ, potentiæ, gratiæ atque misericordiæ, justitiæ in Ecclesia demonstratarum, adeoque providentiæ Dei specialis illustria habemus argumenta atque specimina. Ps. LXXVII. LXXIIX. XCV. 1. Cor. X. Heb III. & alibi passim (3.) sic eorum etiam, qui ante nos fuerunt, fidelium exempla intueri licet. Heb. II. Rom. IV. Jac. II. & V. &c. Denique (4.) sic evidentissimè

dentissimè cernimus Jesum Christum heri, hodie & in secula eundem esse Heb. XIII, 8. Act. XV, 11. atque idem adeò sub varia illa dispensatione semper in Ecclesia fœdus, idem salutis fundamentum, eundem mediatorem, eandem fidem, spem, salutem denique esse, olim promissam & adumbratam, in Christo verò tandem exhibitam atque partam. Quæ omnia sicuti virtutes Dei & præsertim sapientiam Dei multiformem mirificè illustrant, atque divinarum laudum uberrimam segetem præbent, sic etiam in sanctissima nostra fide nos confirmandi atque de divinitate religionis Christianæ &, super qua exstructa est, scripturæ convincendi, ad fiduciam in Deo, in fide constantiam, ad virtutum omnium studium excitandi, atque in adversis Ecclesiæ fatis nostrisque ærumnis nos consolandi summam vim atque efficaciam habere certissimum est. Atque nostrum adeo est pro fide semel sanctis tradita ἐπαγωνίζεσθαι Jud. ℣. 3, ne revelationem illam certam, indubitatam, antiquam & ad hæc usque tempora singulari & benignissima Dei providentia conservatam ullâ ratione, nec directè, quod profani audent illusores, nec indirectè & veluti per cuniculos, sive per deprædatricis rationis κενὴν ἀπάτην, Col. II, 8. sive per auctoritatem humanam, sive per falsas revelationes, hominum adversus nos rectoris partes sibi ultrò sumentium aut pedem inferentium in ea, quæ non viderunt Col. II, 18. nobis eripi aut ejus auctoritati vel usui vel hilum detrahi patiamur.

CAP. III.

De novarum revelationum possibilitate in sequioribus post Apostolorum ætatem tem-

temporibus, præcipuè in eventibus futuris contingentibus.

THESIS I.

Deus etiam hodie, si velit, novas revelationes dare potest.

§. I.

Revelationum novarum possibilitas.

NEmo, qui Deum ejusque potentiam agnoscit, inficiari thesin ausit Ps. CXV. 3. Luc. I, 37. Brachium Domini abbreviatum non est; Quod Deus semel, imò sæpissimè fecit, adhuc facere posse negari non debet. Nullum enim hîc est obstaculum nec ratione Dei, qui idem semper manet; nec ratione hominis, quem absolutæ suæ potestati subjectum, sicut figulo lutum, Deus fingere & refingere, atque operari in ipso potest, quicquid vult. *Distinctiones donorum sunt, sed omnia hæc agit unus ille & idem Spiritus, distribuens privatim illa singulis, sicut vult.* 1. Cor. XII, 4-11. Verùm quæstio non est, quid Deus possit, sed quid velit: Nec quis in sola Dei potentia novarum revelationum præsidium ponet.

THES. II.

In eventibus futuris posse alicui revelationem specialem contingere penitùs negari non debet.

§. I.

In eventibus futuris dari posse revelationem specia-

COnsentiunt hîc fere Theologi. *Crocius in Anti-Weigel. c. 1. de princip. Theol. q. 8.* sic loquitur. *Et quidem*

lem ex testimoniis & exemplis probatur.

quidem quoad eventus futuros forte possunt obtingere revelationes, quæ sic examinandæ sunt; (1) an eventus respondeat. Deut. XVIII, 21, 22. (2) ne incurrant in articulum fidei, vel præceptum morum, vel cum Dei honore pugnent. Deut. XIII, 1, 2, 3. Similia habet *Witsius in miscell. sacr. lib. I, c. 24. §. 38. Neque tamen idcirco negare velim, frequenter accidere, ut homines pii & singulari ratione divino cultui devoti atque ad propiorem arctioremque Numinis amicitiam admissi ab ipso de rebus futuris & arcanis edoceantur, quarum cognitio ad excitationem pietatis, ad consolationem animi, ad corroborationem in fide ac spe & exercitium prudentiæ perquam utilis est. Plena eorum exemplorum omnis ævi historia est* &c. Idem legi potest apud *Knibbium in historia Prophetarum lib. II. c. VI. §. 11. B.* Quibus alii facilè addi possent. Eandem etiam Theologorum Lutheranorum esse sententiam videri potest in Rev. *Heineccii* **schrifftmäßigen Prüfung der so genanten neuen Propheten und ihres außerordentlichen Zustandes.** c. III. §. 5. Exempla hinc inde ex historiis peti possunt. Collegit quædam *Gurtlerus in Theol. Proph. c. XXIV. de Vatibus veris tertii temporis.* Ultimum, quod recenset, ipsius verbis hîc describam. *Sub Principium seculi XVII. Jacobus Usserius, Antistes Armachanus, pro concione publica aliquando explicabat l. Ezech. 4, 6. dormies super latus tuum dextrum secundò, & portabis iniquitatem domus Judæ quadraginta diebus. Diem pro anno dedi tibi. In applicatione invehebatur acerbè cum in cætera Hiberniæ peccata, tum maximè in negligentiam religionis, per quam indies Romanensium numerus cresceret, Pontificiaque superstitiones in regno grassarentur. Addebat tandem & hunc sanctæ veritatis contemtum intra annos quadraginta à Deo gravissimè iri punitum & protestantes Hibernos*

Hibernos ab inimicis maximam esse accepturos cladem. Ab amico post rogatus, concionis auditore, qui tam fidenter potuerit numerum quadraginta annorum definire, intra quos Hiberni Protestantes pœnam teporis sint laturi? respondit: hoc se effatum antea non esse meditatum, sed concionantis animo ardore tanto tantaque vi suggestum, ut non potuerit non id publicè annunciare. Vaticinio respondit eventus. Nam anno 1641. Pontificii in Hibernia super ducenta Protestantium millia furibundi paucos intra menses trucidarunt. Hanc vir pius tristem prædictionem sæpius post repetebat, cladem evasit ipse Deo providente à principibus viris anno 1640. in Angliam accitus ad suppeditandum pacifica consilia, quibus si fieri posset, discordes tum animi pacarentur.

§. II.

Fieri itaque tale quid posse ego negare non ausim; saltem idonea argumenta, quibus contrarium assereretur, mihi deesse fateor. Anne enim Deus ullibi in verbo se id planè nolle facere declaravit? Aut an non Deus pro sua libertate sanctis hominibus, qui in conspectu ipsius piè ambulant, de futuris, præsertim ad ipsorum cautelam, aliquam lucis cœlestis stricturam impertiri posset? Anne Deo, qui ceu נצר הארץ, providentiam suam erga fideles varia & admiranda ratione explicat, quod plerique ad divinæ providentiæ ductum attendentes propriâ edocti experientiâ norunt, indignum esset etiam hac ratione, si ipsi ita lubeat, curæ specialis argumentum præbere? Videat verò ille, qui circa eventum aliquem, divini Numinis peculiarem monitum sibi contigisse putat, quâ id certitudine faciat, ne propriæ imaginationis phantasmatis inaniter se pascat atque deludat; videat, ne vel vana boni spe seipsum lactet atque umbras captet, vel falso terriculamento

Et probabilibus argumentis; in quo tamen summâ cautione versandum est.

mento inanique mali metu semet exagitet. Cavendum præsertim, ne quis ex tali præsumptione quicquam præter officium agat aut periculosæ plenum opus aleæ suscipiat, vocationis terminos prætergressus; sed faciendum illud, quod Sacra Scriptura, quod illuminata ex Verbo Ratio secundum omnes circumstantias agendum esse dictat, cujus coram Deo & hominibus reddere rationem possumus. Ad ea autem, quæ à communi ordine abeunt & cum insigni Reipublicæ mutatione conjuncta sunt, aut communi fidei, pietatis & charitatis regulæ adversantur, suscipienda molimina qui divinum instinctum atque extraordinaria, quæ in scripturis leguntur, Prophetarum facta obtendere ausi fuerunt, tragico exitu sibi aliisque perniciem attraxerunt, quod in Müncero, Monasterienſibus Enthusiastis aliisque tristis experientia confirmavit. Prætexebat Reipublicæ turbo Gedeonis, Jonathanis, Davidis exempla, sed nec Gedeonis vocationem, nec Jonathanis instinctum, nec Davidis missionem & Spiritum habebat, verùm insanientis animi furores aut mali dæmonis ludibria fuisse, quod specioso Prophetiæ nomine nequiter commendabatur, res ipsa & eventus satis probarunt.

CAP. IV.

De non expectandis nec expetendis novis revelationibus in rebus fidei.

THESIS

In rebus fidei novæ revelationes expectandæ non sunt, nec etiam iis ad salutem indigemus.

§. I. Fa-

§. I.

FAcili operâ testium nubem pro assertione nostra in medium producere possemus; & cui vacat, adire potest authores suprà jam citatos, *Croc. in Anti-Weigel. c. 1. de Princ. Theol. q. 8.* & *Wits. in miscell. sacr. lib. 1. c. 24.* Sed non agimus authoritate. Res ipsa verò solidè, ut putem, à nobis superiùs demonstrata est Sect. I. §. XXIII. usque ad XXVI. Sed ut etiam nunc aliquid ad ulteriorem demonstrationem addamus, notandum est quatuor casus poni posse, in quibus an novæ & extraordinariæ revelationi locus esse possit, dispiciendum est. Scil. qui in rebus fidei novas revelationes præ se ferunt, vel id agunt, ut aliud Evangelium nobis prædicent, vel ut insigni quadam accessione eorum, quæ hactenus in Ecclesia dicta non sint, illud augeant, vel ut veritatem in Scriptura propositam clariori in luce ponant, vel denique ut eandem ad conscientiam efficaciùs referant. In primo casu novam revelationem obtendere velle impium & blasphemum, in secundo falsum foret; in tertio & quarto novæ revelationes necessariæ non sunt.

In rebus fidei novis revelationibus locus non est saltem nulla earum necessitate.

§. II.

Quod enim ad *primum* spectat, si quis cum alio Evangelio veniat, procul dubio eo ipso rejiciendus est tanquam Pseudo-Propheta & seductor, quoniam non est aliud, nec alius Jesus, nec alius Spiritus. *Enimverò si veniens quispiam alium Jesum prædicet, quem non prædicavimus, aut si Spiritum alterum accipiatis, quem non acceperatis, aut Evangelium aliud, quod non receperatis, bene illum toleraveritis* 2. Cor. XI, 4. Qui aliud Evangelium annunciat, seducit απο της απλοτητος της εις τον χριστον v. 3. Atque Paulus magna zeli vehementia anathema dicit

Qui aliud Evangelium sub prætextu revelationis annunciat, ut seductor rejiciendus est.

dicit iis, qui aliud Evangelium prædicant. *Miror vos ita citò, deserto eo, qui vos vocavit in gratiam Christi, transferri in aliud Evangelium, quod non est aliud; sed nonnulli vos turbant & volunt invertere Evangelium Christi, sed etiamsi nos aut angelus è cælo evangelizet vobis præter id, quod vobis evangelizavimus, anathema esto. Ut ante diximus, etiam nunc iterum dico, si quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepistis, anathema esto.* Gal. I, 6-9. conf. 1. Tim. VI, 3, 4. Act. IV. 12. X, 42, 43. Nulla enim peccatori salus nisi in semine mulieris, filio Dei manifestato in carne, qui juxta consilium pacis æternum factus καταρα & ιλασμῶ nos cum Deo reconciliavit, plenissimâ satisfactione atque obedientiâ, atque sic plenissimo acquisito δικαιωματι factus nobis est sapientia, justitia, sanctificatio & redemtio, cui Salvatori nostro unico per vivam fidem, quæ resipiscentiam prærequirit & per amorem efficax est, juncti habemus vitam æternam. Qui hanc doctrinam non affert, fugiendus est Rom. XVI, 17, 18. Tit. III, 10. *Dilecti ne cuivis spiritui credite, sed probate spiritus, an ex Deo sint; nam multi Pseudo-Prophetæ venerunt in mundum. Ex hoc cognoscite Dei Spiritum: quicunque Spiritus profitetur Jesum Christum in carnem venisse, ex Deo est. At quicunque Spiritus non profitetur Jesum Christum in carnem venisse, ex Deo non est.* 1. Joh. IV, 1-3. & idem Johannes. *Nam multi impostores ingressi sunt in mundum, qui non profitentur Jesum Christum venisse in carne. Hic ille est impostor & Anti-Christus. Respicite vos ipsos, ne perdamus, quæ egimus, sed ut mercedem plenam recipiamus. Quisquis transgreditur nec permanet in doctrina Christi, DEUM non habet, qui manet in doctrina Christi, hic & Patrem & Filium habet. Si quis venit ad vos, &*

hanc

hanc doctrinam non affert, ne recipite eum domum, nec ave ei dicite. Qui enim dicit ei ave, communicat operibus ejus malis 2. ep. ℣. 7-11. Norunt hoc seductores & Satanas, quòd, si aliud manifestè obtrudere vellent evangelium, fidem impetraturi non essent, hinc fraudem occultant, virus tegunt, ungues abscondunt; Satanas se transfigurat in angelum lucis, & ejus ministri in ministros justitiæ; & cùm sint intus lupi rapaces, veniunt cum vestimentis ovium. 2. Cor. XI, 14, 15. Matth. VII, 15.

§. III.

Sed nec *secundum* obtinere potest. Nec enim recipimus eos, qui accessione quadam eorum, quæ hactenus in Ecclesia dicta non sint, Evangelii doctrinam augere velint, sed scripturæ sacræ perfectionem, quòd sit sufficientissimum & unicum fidei principium, firmiter & fortiter tuemur contra omnes adversarios. Repete ea, quæ Sect. I. à §. XXII. usque ad §. XXVI. diximus. Paulus ad Ecclesiæ Ephesinæ Presbyteros inquit; *vos scitis,--ut nihil subterfugerim eorum, quæ vobis conducerent, quò minus ea vobis annunciarem & docerem vos publicè & domatim, atteſtans Judæis simul & Græcis conversionem ad Deum & fidem, quæ est in Dominum nostrum Jesum Christum*; Act. XX, 18-21. & ℣. 27. *Non enim subterfugi, quò minùs annunciarem vobis omne DEI consilium.* Itaque audiendi non sunt, qui alia proferunt & *loquuntur perversa, ut discipulos post se abstrahant.* ℣. 30. Scriptura nos *sapientes reddere potest ad salutem per fidem, quæ est in Christo Jesu, & utilis est ad doctrinam--ut perfectus sit homo DEI ad omne opus bonum perfectè instructus.* 2. Tim. III, 15-17. Quid ultrà requiri potest? Habemus in scriptura verbum promissionis (επαγγελιας) & impletionis (ευαγγελιε,) quid

Qui in rebus fidei sub prætextu revelationis novum quid evangelio addere volunt, audiendi non sunt.

quid ultrà accedere debeat aut possit in rebus fidei, non intelligo, præsertim cùm œconomia illa N. T. duratura sit usque ad finem mundi. Et si hoc verbum scripturâ V. & N. T. comprehensum in Ecclesia prima & Apostolica suffecerit, cur nunc non item?

§. IV.

Quod etiam ex tribus Cardinalibus Christianorũ virtutibus demonstratur.

Apostolus 1. Cor XIII. 13. tres Christianorum cardinales virtutes, *Fidem*, *Spem*, *Charitatem* commendat; hæ verò tres sufficientissimum in scriptura testimonium & fundamentum habent. *Fides est ex auditu, auditus verò per verbum Dei.* Rom. X, 17. Atqui verò audivimus verbum de Christo 1. Joh. I, 1-3. Fides nititur testimonio Dei, nam *qui credit in filium Dei, habet testimonium in se ipso.* 1. Joh. V, 10. Atqui audivimus testimonium Dei in verbo, *nam tres sunt, qui testificantur in cœlo, Pater, sermo & Spiritus S. & hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testificantur in terra, Spiritus & aqua & sanguis, & hi tres unum sunt.* 1. Joh. V, 7-9. Pater testatur per vocem de cœlo Matth. III, & XVII. Joh. XII, 28. & opera, præsertim per resuscitationem filii sui. Matth. XII, 39, 40. Christus testatur per verba & opera de seipso Matth. XI. Joh. V. Spiritus S. de Christo in donis suis & verbo Joh. XV, 26. XIV, 26. Sacramenta testantur. Prophetæ ad unum omnes Act. X, 43. 1. Pet. I, 11. Johannes Baptista, qui venit εις μαρτυριαν, *ut testaretur de illa luce, ut omnes per eum crederent* Joh. I, 7: Apostoli denique & Evangelistæ Act. IV, 10. I, 8. de Christo clarè, copiosè, efficaciter, constanter, verbo, vitâ, passione, morte testantur. Numquid itaque sufficientissimum habemus *ad fidem* testimonium in sacra scriptura? Altera Christianorum cardinalis virtus *spes* est, nixa promissionibus Dei, quas in S. Scriptura habemus

habemus amplissimas, reales, verbales, juramento etiam Dei confirmatas Tit.I,2,3. 1.Pet.I,3. Rom. VIII, 19-25. Heb. VI,11-fin. adeoq; etiam ad spem fundandū certissimam sufficit verbum Dei, atque sacra hæc anchora tutissimè in verbo Dei figitur Rom. XV,4. Quæ enim est spes Christianorum, nisi ea, quæ proponitur Rom. VIII, 19-25. 1. Joh. III, 1-3? Hæc verò spes firmissimis in verbo nititur fulcris, quibus alia firmiora addi nequeunt. Denique *charitatis erga Deum & proximum* argumenta & incentiva plurima atque efficacissima verbum Dei ingerit Deut. VI. Matth. XXII. Joh. III. XIII. Rom. XIII. 1. Cor. XIII. in epp. Johannis passim, quæ nisi hominem ad amorem Dei & proximi validè & efficaciter commovere, animum, injecto velut sacro igne & fomite suppositō, accendere & inflammare queant, quid amplius addi possit, me non intelligere fateor.

§. V.

Porrò de Corinthiis ita loquitur Apostolus; 1. Cor. I, 4-7. *Gratias ago Deo meo semper de vobis ob gratiam Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu, quòd in omnibus ditati sitis in ipso, omni loquendi facultate omnique cognitione; prout testimonium Christi confirmatum fuit in vobis, adeò ut nullo dono deficiamini, exspectantes, dum reveletur Dominus noster Jesus Christus.* Anne verò Corinthios sapuisse putamus παρ ο γεγραπται? Non putem; nam *testimonium Christi confirmatum dicitur fuisse in ipsis*, quod continetur in verbo. Si itaque Corinthii ad eam perfectionem ex prædicatione verbi pervenerant, ut divites facti εν παντι λογω και παση γνωσει, nulloque charismate destituti expectarent unicè revelationem Domini nostri Jesu Christi, quis ergo scripturam sacram omnia perfectè ad salutem complecti negare ausit? Illa ipsa loca Jer. XXXI, 33, 34. *Et ex Corinthiorū exemplo.*

1. Joh. II, 27. quæ aliâs pro privatis inſpirationibus producuntur, ſcripturæ perfectionem confirmant, novaque per revelationes privatas auctaria excludunt, nam propterea *frater fratrem docere non debebat*, nempe cum auctoritate, ac ſi ſcil. tanquam Propheta novum verbum proponeret, uti ſæpe in V. T. fiebat, quoniam verbum Dei ſub N. T. perfectum futurum erat, in medio omnium ponendum, imò cordibus fidelium inſcribendum. Illuſtris eſt in hanc rem *Cocceji* commentarius in Jer. XXXI, 34. quem adſcribimus. *Nemo impoſterum veniet ad ipſos miſſu meo, qui afferat ad ipſos verbum, quod non pervenerit ad omnes, per quod Deus cognoſcendus ſit: neque ullus habebit privatam expoſitionem illius verbi, quod ad omnes pervenerit, ita ut ſine eo non poſſint cognoſcere Deum ex verbo, quod ad omnes pervenit. In vetere Teſtamento exſpectabatur Propheta, qui verba Dei loqueretur. Igitur Moſes & Prophetæ fuere teſtes eorum, quæ in poſterum dicenda erant. Poſtquam Chriſtus venit & dixit verba, quæ ei Pater dedit dicenda, nihil amplius dicendum reſtat. Et, quando hoc in publico eſt poſitum, nullus poteſt afferre verbum, quod neceſſarium ſit recipere eis, in quorum corde eſt ſcripta lex Dei omnibus publicata, ut Dominum cognoſcant. Et, quia lex omnibus publicata inſcribitur cordi, nihil à quoquam dici poterit ad fidem, quod non per verba omnibus prædicata doceatur is, qui in cognitione Dei proficit. Quandoquidem clavis cognitionis in publico poſita eſt, non adimus montem, ut inde ιδιαν επιλυσιν à quo νομοθετη, tanquam privilegium absque errore interpretandi habente, petamus. Ideo dicitur Eſa. LIV, verſ. 13.* Omnes filii tui diſcipuli Domini erunt. *vide etiam 1. Joh. II, verſ. 27.* Non habetis opus, ut quis vos doceat. *Quidam interpretantur:* Non amplius docebit

docebit tantum unus alterum &c. *quasi unquam tantum docuerit unus alterum. Etiam in Vetere Testamento* lex & verbum indicandum erat. *Sed certè in Novo Testamento verum est: Non tantùm homo docet. Quod non & lex Dei posita in omnium medio & scripta in cordibus docet, id verum non est, aut ad cognoscendum Deum non facit.* Unctio itaque docet fideles omnia, sed non exclusivè ad verbum, verùm per illud, hinc jubentur manere in eo, quod ab initio audiverant. ℣. 24. 1 Joh. II. *Quod igitur audivistis à principio, in vobis maneat: si in vobis manserit, quod audivistis à principio, vos quoque in Filio & Patre manebitis.* Atque Spiritûs S. officium est ea in mentem revocare, quæ dixerat Christus adeoque per verbum docere. *Advocatus autem ille, id est, Spiritus Sanctus, quem mittit Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæ dixi vobis.* Joh. XIV, 26.

§. VI.

Denique nihil hactenus ab iis, qui revelationes novas jactarunt, profectum fuit, quod tanquam ad fidem pertinens & ad salutem necessarium non fuerit in scriptura sufficienter propositum. Saltem illos, qui, ut commendent suos enthusiasmos & privatas inspirationes, hanc apertissimam scripturæ perfectionem negant, inque eam acerrimis planè invectivis irreverenter insurgunt, pro actis à Spiritu S. habere nemo sanus Deique timens poterit, de qualibus *Cloppenburgius de can. Theol. disp. 2. de Papistarum & Enthusiastarum discordia concorde §. 2. Censent enim Scripturam Sacram esse tantum quasi lac parvulorum, à quo ablactandi sint grandiores & adultiores, qui in cœtum quodammodo Angelorum admissi ab ipso fonte veritatis per se sapientiam hauriant, atque sic scripturas missas faciant,* *Et ab experientia, nam nihil ad salutem pertinens addi potuit, ubi simul quorundam contra Scripturam Sacram convitia notantur.*

tanquam sibi non ampliùs necessarias nec utiles. Atque hic scilicet est ille commentarius, quo tuentur sequentia in Scripturam Sacram convitia & scommata, quæ paradoxorum titulo palliat Sebastianus Francus in proœmio paradoxorum CCLXXX. Litera scripturæ Anti-Christi gladius, occidit Christum; scriptura sine luce, vita & interprete Spiritus, obscura lucerna & occidens litera; hæreses & sectæ ex litera scripturæ. Scriptura liber septem signaculis clausus obsignatumque ænigma; vagina, non gladius Spiritûs, Silenus Alcibiadis. Confer *Hoornbeck. in summa Controv. lib. VI. de Enthusiast. & Libert. p. 405.* ubi Enthusiastarum similiter contra verbum Dei criminationes profert. *Hi omne suum odium in S. Scripturam evomunt, eam simplicem literam, elementum, alphabetum criminantur, solis pueris indulgendam, non adultis & spiritualibus, quales ipsi sint scilicet, imperandam aut præscribendam* &c. & pag. 466. *Homines hi Dei verbum mancum, mutilum, obscurum dicunt, non omnibus semper, non ipsis videlicet perfectis & adultis simpliciter sequendum* &c. Apage illas blasphemias cum suis authoribus, qui talia contra Scripturam Sacram convitia evomentes adhuc Spiritus S. afflatum jactare audent. Aliter Spiritus S. qui sibi contrarius esse nequit, aliter ille longè in verbo de verbo loquitur. Aliter Prophetæ, Christus & Apostoli, qui ad hoc verbum remittunt, præstantissimis illud elogiis ornant atque tanquam perfectum commendant.

§. VII.

Scripturæ perspicuitas asseritur.

Tertium erat, an novi Prophetæ ad veritatem scripturæ in clariori luce ponendam sint expectandi? Sed nec hoc necessarium est. Judæi expectant Eliam intricatos nodos soluturum. Rectiùs Samaritana mulier ad Christum inquit.

inquit. *Scio Messiam venturum (qui dicitur Christus) quùm venerit ille, nobis annunciabit omnia* Joh. IV, 25. Præterquam enim quòd scriptura V. T. jam dicatur clara, *Lucerna pedi & lux itineri nostro* Ps. CXIX, 105; *illustrans oculos* Ps. XIX, 9. Christus tanquam vera lux atque sol justitiæ in suo adventu, per consummationem salutis & prædicationem Evangelii, veritatem in clara luce posuit. Ipse per parabolam aperuit os suum, eructavit occulta inde à prisco tempore. Verbum Propheticum etiam est lucerna splendens in loco obscuro 2. Pet. I, 19. Paulus tantam Evangelii lucem prædicat, ut dicat, Apostolos demonstratione veritatis commendare seipsos *apud omnem conscientiam hominum*, in conspectu Dei, atque hinc concludit. *Quod si opertum est Evangelium nostrum, iis qui pereunt, opertum est, in quibus Deus hujus seculi excæcavit mentes, nempe in infidelibus, ne irradiet eos illustratio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei.* 2. Cor IV, 3, 4. Certè N. T. in rebus ad salutem tam clarè & velut solis radiis scriptum est, ut exinde quæ ad salutem scitu, creditu, factuque necessaria sunt, evidenter cognosci possint. Imò etiam V. T. per N. magna lux illata est, ut nunc legis finem, umbrarum corpus, Prophetiarum centrum, Christum, clarè intelligamus; adeoque sicut N. T. in V. latet, sic vicissim V. in N. patet. Tria potissimùm facer codex complectitur, historias, dogmata, prophetias *Illæ* nativam velut habent claritatem, cùm nihil æquè facilè, quàm apertæ narrationes historicæ intelligi possit. Si quid sit in personarum, locorum, temporis &c. circumstantiis obscuritatis, ad fidem non pertinet. In illis ingenium exerceant viri docti, Theologi, Critici, Historici, Chronologi, quod etiam viri summi magna cum diligentia &

laude præstiterunt, difficilioribus locis lucem inferendo atque à profanis Pseudo-Criticorum arrosionibus verbi divini integritatem vindicando. *Ista* evidenter nobis fidei morumque regulam præscribunt, ut nemo, qui sub dispensatione Evangelica vivit, ignorantiam prætexere possit. *Hæ* denique in multis etiam per impletionem sunt illustratæ, præsertim ratione primarii objecti, quod est Christus Matth. XIII, 16, 17. Act. X, 43. 1. Pet. I, 10, 11. Reliqua in Prophetis non sunt ad salutem necessaria, & ad ea intelligenda non promittuntur iterum extraordinarii Dei ministri, Prophetico Spiritu instructi, sed commendatur lectio & attentio Matth. XXIV, 15 quod etiam de difficillimo Apocalypseos libro dicitur Apoc. I 3. Et quæ restant Prophetiæ nondum impletæ, adeoque hactenus obscuræ, suo tempore implendæ clariorem, ex implemento sibi affusam, spargent lucem. Veritas temporis filia. Prophetiarum clavis implementum est. Multa nos hodie intelligimus, quæ olim sub V. T. imò & ante reformationem tenebris involuta erant. Ecclesiæ lux sata est eademque progredietur & crescet usque ad plenam meridiem.

§. VIII.

Concluditur ex ea novis revelationibus ad lucem scripturæ inferendam non opus esse; atq; cautela circa novos Doctores commendatur.

Cùm itaque verbum Dei clarum sit atque per ordinaria media, lectionem, auditionem, meditationem, collationem, invocato Spiritûs S. auxilio, ad scripturæ sensum pervenire possimus, ad hunc finem, ut scripturæ nova lux inseratur, extraordinariis à Deo missis Prophetis opus non est. Sed præjudicia, vanitates, peccata deponenda, atque animus seriò ad faciendam Dei voluntatem componendus est. Joh. VII, 17. Orandum cum Davide; *retege oculos meos, ut intuear mirabilia ex lege tua* Ps. CXIX, 18. Qui verò ad novos & extraordinarios Doctores anhelant, ad quemvis de nova luce rumorem aures arrigunt,

gunt, absque sufficienti examine facillimo impulsu huc, illuc feruntur, atque ex novitatis studio alia nova sectantur, attendant prædictionem Paulinam 2. Tim. IV, 3, 4. & seriò seipsos explorent, an non ad simplicem illam & planam resipiscentiæ, fidei & sanctitatis doctrinam omnium in medio positam, sibique toties auditam, ingestam, & satis, ut putant, à se cognitam nauseent, atque alia quædam, abstrusa magis, fastu quodam spirituali, occulto licèt, μετεωριζομενοι ambiant & quærant: videant denique, ne ab illis, qui novam quandam lucem, sublimiorem & mysticam sapientiam magno hiatu promittunt, à simplicitate, quæ in Christo est, abducantur. Nempe omni tempore, qui à plana veritatis via ad errorum gyros & anfractus abduxerunt, sublimioris sapientiæ προφασει imposuerunt, uti in veteribus Gnosticis aliisque apparuit. conf. Col. II, 18-fin. Saltem ii, qui cothurnatis, mysticis ac obscurissimis loquendi modis, quales à nemine, nisi qui ipsorum hypothesibus addictus ipsorum quoque linguam addidicerit, intelliguntur, alioque à scripturæ simplicitate & claritate in diversum planè abeunte stylo utuntur, atque profunda mysteria per singularem illuminationem sibi patefacta sub illa verborum obscuritate latere volunt, pro talibus, qui scripturæ lucem inferant, haberi nequeunt; nisi hoc forte sit lucem inferre, quando sensus scripturæ simplex, literalis & historicus temerè in allegoricum transfertur, quod est sensum inferre, non elicere atque, insuper sæpe habitâ verborum, scopi, nexus &c. ratione, scripturam ιδιας επιλυσεως facere, atque in suis sibi cogitationibus & ευρημασι placere, quod allegoricum scripturas explicandi genus luxuriantibus atque ad simplicitatem nauseantibus ingeniis nimis familiare nisi in ordinem cogatur atque fibulæ ei im-

ei imponantur, veritati magnum præjudicium parit atque noxam infert. Denique putem, experientia teste, verum deprehensum esse, quod scribit *Witsius in lib. de Proph. c. 24. §. 22. Porrò si eorum inspiciamus commentaria, qui adflatum sibi divinum attribuerunt aut dictamen angelorum, non solùm nihil in iis adeò admirabile invenimus, quod communem verè Theologorum sortem superet, sed plerumque comperimus, quòd judicio, accuratione, soliditate longè infra aliorum commentationes subsideant, qui implorată DEI ope suam duntaxat adhibuerunt industriam.*

§. IX.

Circa quartum, an ad scripturam efficaciùs, quàm per ordinariũ ministerium fit, ad conscientiam applicandum, novi Propheta expectandi sint, observationes quædam proponuntur.

Denique *quartum*, an novi Prophetæ expectandi sint, qui scripturam efficaciùs, quàm per ordinarium ministerium fit, ad conscientiam applicent, examinandum restat. Atque hîc velim notari (1) scripturam in se consideratam, tanquam medium morale, efficacem esse. *Vivus enim est sermo Dei & efficax, & penetrantior quovis gladio ancipiti: & pertingit usque ad divisionem animæ simul ac spiritus, compagumque & medullarum: & dijudicat cogitationes & conceptus cordis.* Heb. IV. 12. Vocatur *potentia Dei ad salutem cuivis credenti* Rom. I, 16. Comparatur luci Ps. XIX. CXIX. 2. Pet. I. malleo Jer. XXIII, 29. gladio Eph. VI, 17. quæ omnia efficaciam hujus verbi innuunt. Et quæ etiam in aliquo verbo efficacia esse potest sive ad intellectum clarâ veritatis luce illuminandum, sive ad voluntatem fortiter ac suaviter movendum, per promissiones alliciendo, per comminationes deterrendo, sive ad affectus in homine excitandum atque omni denique, quo fieri potest, modo, persuasionem, hortationem, obtestationem, convictionem &c. in animum influendum, hæc omnis in Scriptura Sacra abundè continetur (2) illud ipsum

ipsum verbum virorum Θεοπνευστων, Prophetarum & Apostolorum quod olim efficax fuit, singulari Dei providentiâ conservatum nos adhuc hodie habere, quod procul dubio eandem adhuc habet efficaciam, quam olim tempore & in ore Prophetarum & Apostolorum habuit. (3) Verbi efficaciam non pendere ab instrumentis & ministris, ne quidem si infallibiles ac Θεοπνευστοι sint. *Habemus autem thesaurum hunc in testaceis vasculis, ut hæc hujus potentiæ supereminentia sit DEI, & non ex nobis.* 2. Cor. IV, 7. Hinc & Moses queritur de incredulitate populi Ps. XC, 11. & Esaias. c. LIII, 1. & Christus graphicè Judæorum incredulitatem describit Matth. XI, 16-19. *Sed cui assimilabo gentem istam? Similis est pueruli, qui sedent in foris, & acclamant sodalibus suis, ac dicunt; Tibiis cecinimus vobis & non saltastis: lamentati sumus vobis & non planxistis, venit enim Johannes nec edens nec bibens, & ajunt, dæmonium habet. Venit Filius hominis edens ac bibens, & dicunt, ecce homo edax & vini potor, publicanorum amicus & peccatorum. Sed sapientia justificata est à filiis suis;* conf. seqq. usque ad ℣. 26. & queruntur Apostoli Rom. X, 16. atque Prophetæ passim. Si enim à ministris efficacia verbi penderet, infelicissima forent illa tempora, in quibus Ecclesia virorum Θεοπνευστων opera destituta esset, imò nulla tum foret Ecclesia, si deficerent immediatè à Spiritu acti Doctores. Et quanquam nostrorum temporum, quoad Ecclesiæ statum, calamitatem, sterilitatem, incredulitatem, profanitatem, calidis non satis lachrymis deplorare queamus, non tamen etiam Prophetarum & Apostolorum tempora tam felicia nobis imaginari debemus, ac si tum potior pars verbo Dei fidem adhibuisset; quin potiùs Ecclesia omni tempore oppositè ad maximam impiorum

multitudinem parvus grex fuit, & multi vocati, pauci verò fuerunt electi. Atque ex similitudine quadruplicis agri Matth. XIII. patet etiam inter illos, qui verbum externè audiverunt, multos, imò plures fuisse semper, qui steriles fuerint, quàm qui fructus της μετανοιας αξιας tulerint. §. X.

Alia quædam observationes adduntur.

Notamus (4) verbi efficaciam pendere à gratia Dei illuminantis, convertentis, regenerantis, ac ex morte vivificantis, à gratia vorticordia & efficaci Jac. I, 18, 1. Pet. I, 23. Jer. XXXI. Ezech. XXXVI, Joh. VI. DEUS solus corda potest compungere salutariter Act. II, 37. aperire Act. XVI, 14. pœnitentiam dare ad vitam, Act. XI, 18. Spiritum S. effundere in eos, qui audiunt verbum Act. X, 44. velamen tollere 2. Cor. III, 14. Spiritum sapientiæ & revelationis, oculos mentis illuminatos largiri, Eph. I, 17, 18. incrementum dare: *Quis igitur est Paulus, quis Paulus, quis autem Apollos, nisi ministri per quos credidistis, & ut cuique Dominus dedit? Ego plantavi, Apollos rigavit: sed Deus dedit crescendi vim. Itaque neque is, qui plantat, est aliquid, neque qui rigat: sed DEUS, qui dat crescendi vim* 1. Cor. III, 5-7. Ex quo adeo concludimus ad verbi efficaciam non opus esse θεοπνευστοις ministris. Quin verbum illud semper habet suam efficaciam ratione electorum Esa. LV, 10, 11. Act. XIII, 48. licèt alio tempore uberiùs lætioribusque incrementis verbi fructus, alio parciùs sese exercere non negemus. Saltem ad prædicandum cum fructu verbum pœnitentiæ non necessariò requiruntur immediatè à Deo instructi Doctores, ita ut ex eo, si verbum resipiscentiæ temporibus ultimis magno fervore & fructu etiam prædicandum adhuc sit, nondum sequatur reducendam in Ecclesia esse œconomiam Prophetarum. Quanquam

quam tamen (5) non negemus etiam posse Deum extra ordinem insignes excitare pœnitentiæ præcones, Eliæ zelo instructos, quales Deus olim non semel dedit, & sub initium etiam N. T. Johannem Baptistam, qui verbo, opere ac universa vitæ ratione pœnitentiam prædicavit, ut totus veluti vox esset præconis Esa. XL, 3. Sic Deus etiam deinceps, post Apostolorum excessum, viros in scriptura potentes & insignibus Spiritus S. donis instructos dedit, qui gentilium ad Christianorum fidem conversioni felicem, Deo benedicente, adhibuerunt operam; alios, qui in reformatione Ecclesiæ aream ab erroribus, superstitionibus, idololatria repurgarunt; imò (6) concedimus fieri posse ut strictura quâdam luminis Prophetici illis concessâ imminentia judicia prædicant, de quo actum Cap. III. ubi Usserii citavimus exemplum. Quale quid fieri posse non facilè prudens & pius Theologus negabit, in quo casu quomodo Ecclesia se gerere debeat, ex Pfeifferi Anti-Enthusiasmo adducit Rev. *Heineccius in libr.* schrifftmäßige Prüfung der so genanten neuen Propheten und ihres außerordentlichen Zustandes. c. III. §. 7. Daß man sich nicht übereile / sondern (daferne nicht etwa der Prophet seinen Geist selbst verräth / daß man ohne Erwartung des Ausgangs den Vogel an den Federn erkennen kan) die Sache auff den eventum ausstelle / und indessen dasjenige thue / was man thun würde / wann man das Unglück vorher wüste. Man falle nemlich GOtt durch Busse nnd Gebett in seine Vatter-Arme / nicht eben wegen der geschehenen prædiction und Verkündigung / als darauff man nicht gewiß fussen kan / weil man die sonderbahre Gabe Geister zu unterscheiden nicht hat / sondern wegen des Göttlichen uhralten

prognostici, **das nicht treugt; wirstu der Stimme deines GOttes nicht gehorchen/ so werden allerley Flüche über dich kommen und dich treffen** Deut. XXVIII, 15. atque mox infrà allegabimus verba Cocceji, quæ eodem pertinent; sed una vel altera luminis Prophetici strictura non statim est donum Propheticum, nam vaticinandi donum ab uno alterove dicto Prophetico distingui debet, nam eo qui pollet, casus futuros sæpius potest prædicere; secus ac facit is, quem Spiritus S. semel modò vel iterum impellit ad verum prædicendum. Denique (7) etiam hoc facilè largimur, ultimis temporibus, quando Deus alterâ vice brachium super populos extendet, Ecclesiam à scandalis repurgabit, atque gentiles cum Judæis ad Ecclesiæ sinum colliget, fore viros insigniter donis Spiritûs S. instructos, in scripturis potentes, mysteriorum fidei præclarâ notitiâ ac sacræ eloquentiæ pollentiâ imbutos, sanctitate eximios, zelo pro domo Dei ac fervore gloriæ divinæ & salutis hominum peculiari indutos, qui veritatem cum convictione ad conscientiam ex verbo Dei demonstrent, quibus Deus ad futuram mundi παλιγγενεσιαν utetur. Sed anne tum in Ecclesia œconomia Prophetica futura sit, atque immediato Spiritus S. afflatu tantum non omnes beandi sint, hactenus idoneis, quibus persuadeamur, argumentis destituimur, de quò ampliùs in seqq.

§. XI.

Concluditur Scopus eorũ, quæ dicta sunt, additur.

Atque sic quidem thesin nostram; *in rebus fidei non esse novas revelationes expectandas, nec nos iis ad salutem indigere*, firmavimus. Illud adhuc quæri posset, an Deus ad Ecclesiæ fata prædicenda novos iterum velit mittere Prophetas. Sed (1) thesis nostra erat; an in rebus fidei

fidei novæ revelationes expectandæ vel necessariæ sint? (2) de hac verò quæst. agetur cap. seq. Atque hæc quidem hactenus proposuimus, non ac si dona Spiritûs cuiquam invidere vellemus, quin potiùs Mosis votum etiam nostrum est. *Utinam totus populus Jehovæ essent Prophetæ, indente Jehova Spiritum suum illis Num. XI, 29.* nec ac si liberrimæ DEI potentiæ limites ac terminos ponere vellemus, quin potiùs, si Deus adhuc hodie immediatè nos alloqui vellet, atque certissimis argumentis, qualia de Scripturæ Sacræ divinitate habemus, de eo plenè persuasi essemus, absit, ut ea contemnere vellemus. Sed ea mente hæc protulimus, tum ut divitias, plenitudinem ac abundantiam scripturæ agnoscamus ac grato animo deprædicemus, cujus ad salutem sufficientiam ac perfectionem ipse Spiritus S. laudat, & quæ Christum nobis tam clarè ac plenè secundùm ipsius personam, naturas, officia, status, beneficia proponit, in quo omnes thesauri sapientiæ & cognitionis sunt absconditi Col. II, 3. & in quo sumus πεπληρωμενοι ℣. 10. ut novis revelationibus opus non sit; tum ut discamus nobis cavere, ne leviter abripiamur ab ejusmodi hominibus, qui suis phantasiis indulgentes novas revelationes jactant, Ecclesiam scindunt, atque suæ pariter & alienæ quietis impatientes turbas moliuntur, quales non semel in Ecclesia ortæ fuerunt. Hinc & Paulus, quando de thesauris sapientiæ & notitiæ in Christo absconditis dixerat, statim addit ℣. 4. *Hoc autem ideò dico, ut ne quis vos falsò ratiocinando fallat sermonis probabilitate, & ℣. 8. videte ne quis sit, qui vos prædetur per philosophiam & inanem seductionem secundùm traditionem hominum, secundùm elementa mundi & non secundùm Christum.* Quæ putem applicari posse ad illos, quorum enthusiasmi & dictata, licèt

humaniora ſtudia & philoſophiam rejicerent, rationem abnegandam eſſe clamitarent atque Theologiam noſtram tanquam ſapientiam carnalem, ex libris tantùm hauſtam traducerent, nihil aliud tamen erant quam inanes extra ſcripturam ſpeculationes, quæ à ſimplicitate, quæ eſt in Jeſu Chriſto, abducunt; myſtica quædam philoſophia, quæ mentium corporumque naturam confundens miros rerum introducit conceptus & ſub novis abſtruſisque vocibus latentes ſenſus abdit, ne facilè niſi ritè μεμυησμενοις pervideri queant. Specimina ejus rei ex hiſce quæſtionibus; *num Deus æternam habeat carnem & ſanguinem? an Deus ſit omnium rerum eſſentia & creatura? an ſit cœleſtis Eva, quæ ſit Deus ipſe & filium genuerit ab æterno? num fuerint res omnes in Deo? num Deus creet ſeipſum & nihil præter ſe creet? Num Deus ſit materia prima? num mundus viſibilis cum omnibus creaturis ſit excrementum inconſpicuorum aſtrorum? An omnes corporales creaturæ fuerint in unoquoque angelo? num homo ſit ex Deo factus? num homo tam ex firmamento, quàm terra ſit conditus? an limus terræ, ex quo homo factus, ſit hic mundus totus? num homo habeat ex creatione duo corpora, unum elementare, alterum ſidereum, ſeu tres partes, corpus, ſpiritum & animam rationalem?* aliisque in *Crocii Anti-Weigelio* videri poſſunt.

§. XII.

Illuſtrantur præcedentia verbis Cocceji.

Subjicimus ultimò verba *Cocceji in ſumm. Theol. c. 3. §. 76.* quæ ad præcedentia illuſtranda facere poſſunt. *Quæ dicuntur viſa & audita à fidelibus, non accipimus ut principium fidei. Si in eis proponuntur credenda, redimus ad certum verbum, ut vel in eo quæramus expreſsè dictum, vel ex fundamento colligamus aut ejus expoſitionem aut conſequentiam. Si de conſilio Dei eæ viſiones loquantur, conſiderandum*

siderandum est, qualia sunt, quæ dicuntur; si terrores, cum præcepto fidei & resipiscentiæ, quæ est ordinaria prædicatio, per fidem & resipiscentiam est occurrendum judiciis divinis: si bona, qualia jussit Deus expectari in certum tempus à filiis suis bonam conscientiam habentibus, ea sunt expectanda, ita ut nihil interim temere faciamus: Si alia nova & extraordinaria, suspendendum judicium, donec fiat, quod dicit Propheta, qui se dicit quippiam vidisse vel audivisse. Deut. XVIII, 22. 2. Chron. XX, 15-20. Jer. XXVIII, 9. En moderatum ac circumspectum summi Theologi judicium, quod nemini rem pie ac sapienter in timore Domini expendenti displiciturum esse confido.

CAP. V.

De incerta spe redituri doni Prophetici & inspirationis immediatæ Sp. S. in Ecclesia ultimorum temporum.

THESIS.

Donum Propheticum immediatæ & infallibilis inspirationis Spiritus S. quale olim fuit in Prophetis & Apostolis, in Ecclesia ultimorum temporum futurum esse solidis demonstrationibus ex scriptura confici posse non video.

§. I.

NOn libenter tentamus illud vadum, ut fatorum arcanis nos ingeramus; atque de iis, quæ in futurum implenda restant, audacter & speciatim aliquid determinare

In rerum futurarum, utpote obscuriorum determi-

natione, circumspectè versandum est.

nare periculo, & sæpè etiam temeritate non caret. Si in aliis omnibus, etiam hîc maximè sapiendum est ad sobrietatem. Præsentia visum afficiunt clariùs, remota obscurè admodum, ut distinctè agnosci aut discerni rectè nequeant. Ita etiam futura multum solent habere obscuritatis. Quæ nobis hodie sub N. T. sunt clarissima, sub V. T. plerisque valde obscurè & per transennam tantùm cognoscebantur, vel forte ignota planè erant, quod multis exemplis, etiam discipulorum Christi, ostendi posset. Itaque hîc cautè versandum, ne specialiores futurorum circumstantias definire præsumamus. Plures jam, qui longiùs hîc progressi fuerunt, ab ipso rerum eventu & experientia refutati sunt. Potissima ratione futurorum circa nos ipsos cura esse debet, ut animum per gratiam Dei ita componamus, ut si bona sint expectanda, eorum compotes fieri, si mala instent, effugere vel fortiter tolerare queamus. Sequimur itaque hîc tantum eorum, qui pro Prophetico Sp. S. dono ultimis temporibus Ecclesiæ exhibendo pugnant, vestigia, visuri an hæc dona immediatæ & infallibilis inspirationis Sp. S. ultimo tempori in scriptura certò promissa sint? Satis enim probabile, imò plus quàm verosimile est, si tam illustre Spiritus S. donum propheticum in Ecclesia ultimi temporis efflorescere, si tam universale, ut nova quædam œconomia tum futura sit, esse debeat, DEUM etiam de tanto ultimi temporis bono atque felicitate Ecclesiam in verbo suo moniturum fuisse, non minùs quàm de illa Spiritus S. effusione, quæ in primitiva Ecclesia contigit, factum fuit, de qua passim loquuntur Prophetæ, atque Petrus statim pro ea apologiam instruxit ex Joële Act. II.

§. II. At-

§. II.

Atque ad probandum illud scripturæ quædam loca producuntur. Achilles locus est Joël II, 28, 29. *Erit-que postea, ut effundam Spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ, seniores vestri somnia somniabunt, juvenes vestri visiones videbunt. Quin etiam super servos & super ancillas diebus illis effundam spiritum meum.* Promittitur *Sp. S. effusio in omnem carnem*, id est, uberior & diffusior Sp. S. donorum copia, quàm sub V. T. fuerat, sed non notant hæc præcisè dona illa extraordinaria in prophetiis, somniis & visionibus, sed simul, imò præcipuè includuntur dona ordinaria Spiritus Sancti ad majorem cognitionem, sanctificationem & incrementum Ecclesiæ ex omni carne colligendæ, quemadmodum eadem dona aliis in locis absque respectu ad prophetias, somnia & visiones similiter prædicuntur; sic Esa. XLII, 18-20. de illa effusione Sp. S. ita ait. *Nam effundam aquas super sitientem & fluenta super aridam: effundam spiritum meum super semen tuum & benedictionem meam super prognatos tuos, & efflorescent velut inter gramen, velut salices inquam secundum processus aquarum. Hic dicet, Jehovæ sum, & iste vocabit nomen Jahakobi, ille verò scribet manu sua, sum Jehovæ, & de nomine Israelis cognominabit.* En fructus hujus effusionis Sp. S., non prophetias, visiones, somnia, sed benedictionem, nempe in beneficiis gratiæ, qualis omnibus familiis terræ in Abrahami semine promissa fuerat, incrementa læta vitæ spiritualis, & sui traditionem in proprietatem Jehovæ. conf. Ezech. XXXVI. 25-27. & Christus iterum disertè ait Joh. VII, 38-39. *Qui credit in me; sicut dixit scriptura, flumina aquæ vivæ ex ventre ipsius fluent. Hoc autem dixit de*

Explicatur locus Ioël. II. 28, 29.

spiritu illo, quem accepturi erant credentes in ipsum. Nondum enim erat Spiritus Sanctus, quia Jesus nondum erat glorificatus. Quæ iterum pertinent ad dona Sp. S. ordinaria, salutaria, sanctificantia, sed in majori mensura tribuenda, nam cum fide in Christum conjunguntur, adeoque sunt salutaria & omnibus credentibus communia, qualia donum prophetiæ, visionum & somniorum non sunt, utpote quæ nec communia nec cum salute connexa sunt; Matth VII, 22. 1. Cor XIII, 1, 2. Quis itaque non videt in illustri hac promissione effusionis Spiritus S. respici præcipuè ad illa dona Sp. S, quæ sunt propriè effectus meriti Christi, & per quæ Christo adducitur populus ille spontaneitatum, quem per sanguinem suum sibi acquisiverat; nam & in anteced. Christus jam fuerat promissus ut *Doctor ad justitiam* ℣. 23. & beneficiorum spiritualium copia sub corporalium bonorum similitudine, quâ cùm frui non possent absque Spiritu S., ejus nunc diserta fit mentio. Et si primam hujus promissionis impletionem in festo Pentecostes spectemus, erat procul dubio aliquid extraordinarium conjunctum, sed dona salutaria & sanctificantia præcipuè includuntur, quibus Christo ut primitiæ, ut hostia ζωσα, αγια, ευαρεστος τω Θεω consecrabantur. Impleti tum fuerunt salutis mysteriorum clara & cor afficiente cognitione, fidei parrhesia, zeli divini gloriâ, laudes Dei prædicandi dexteritate, quod non tantum per symbola illa ignis & venti, cum quibus Sp. S. effundebatur, sed etiam per hæc verba; *& repleti sunt omnes Spiritu Sancto*; significabatur; quæ dona ut majori cum fructu & ad miraculum usque exerere possent, datum etiam tum fuit linguarum donum miraculosum, ut in omnibus linguis magnalia DEI disertè prædicare possent.

Et

Et quòd hîc ad dona ordinaria, pro œconomiæ N.T. ratione in majori tamen copia effundenda, præcipuè respiciatur, patet insuper ex Act. II, 38, 39. quando Petrus ait: *Resipiscite & baptizetur unusquisque vestrum in nomen Jesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus Sancti, vobis enim facta est promissio & liberis vestris & omnibus longè post futuris, quoscunque videlicet advocaverit Dominus Deus noster*; Quæ cum omnibus resipiscentibus & baptizatis in nomen Jesu Christi promittant donum Spiritûs S, de ordinariis & cum salute connexis Sp.S. donis intelligi debent, de extraordinariis non possunt, utpote quæ non omnibus credentibus sunt vel fuerunt unquam communia.

§. III.

De donis Sp.S. extraordinariis, qualis eorum in initiis N.T. ratio fuerit, agitur.

Jam verò etiam Propheta de donis extraordinariis distinctè addit; *& prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ, seniores vestri somnia somniabunt, juvenes vestri visiones videbunt. Quin etiam super servos & super ancillas effundam spiritum meum, &* (quod Petrus addit) *prophetabunt.* Spiritus prophetiæ per aliquot secula abfuerat ab Ecclesia Judaica, quemadmodum ipsi Judæi inter res sub secundo templo deficientes רוח הקדש numerant, nunc verò sub N. T. initium dona illa extraordinaria, donorum Spiritûs S. ordinariorum, uberiori & lætiori mensura effundendorum arrha & pignus, signum & symbolum futura, Christi ad dextram Dei exaltati argumentum Act. II, 33. & evangelii certitudinis testimonium Heb. II, 4. iterum promissa atque in primitiva Ecclesia effusa fuerunt; Sed nihil est in textu, ex quo concludi possit dona illa prophetiæ, somniorũ & visionum fore *communia* aut *perpetua* in Ecclesia,

aut *reditura ultimo tempore*, nam (1) Joël inquit והיה אחרי כן quod Petrus vertit, και εσται εν ταις εσχαταις ημεραις Act. II, 17. Atqui εσχαται ημεραι, אחרית הימים sæpe notant finem V. T. atque initium N. T. Heb. I, 1. & (2) dicuntur hæc futura esse, *antequam veniat dies Jehovæ magnus ille & terribilis* לפני בוא יום יהוה הגדול והנורא, quod de die judicii ac destructionis Hierosolymæ intelligimus, utpote qui dies Mal. III. 23. iisdem planè vocibus exprimitur הנה אנכי שלח לכם את אליה הנביא לפני בוא יום יהוה הגדול והנורא *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequã veniat dies Jehovæ magnus ille & terribilis* conf. Mal III, ℣. 19. & 24. ubi ille dies ampliùs explicatur (3) & post diem illam terribilem futurum erat, ut quicunque nomen Dei invocaret, salvaretur Joël. II, 32. quod Paulus, postquam de Judæorum πωρωσει, cum qua dies exitii conjunctus erat, dixerat, Rom. X, 13 repetit tanquam implendum in omnibus credentibus sub N.T. (4) non dicitur omnes prophetaturos, somnia somniaturos esse &c. (5) nec hoc futurum esse dicitur usque ad finem mundi. Itaque hæc dona extraordinaria pertinebant ad initia Ecclesiæ N. T. ut Deus ei, quod ordinarium futurum erat, per aliquid extraordinarium fidem faceret, atque Evangelii doctrina primùm confirmaretur. Manifestè eò nos ducit Apostolus Heb. II, 3, 4. *Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quæ quum primùm enarrari cœpit per ipsum Dominum; ab iis, qui ipsum audierant, fuit nobis confirmata, testimonium illis præbente Deo & signis & prodigiis, variisque virtutibus, & Spiritus Sancti distributionibus prõ sua voluntate.* Hîc Spiritûs S. distributiones non tantùm dicuntur fuisse ad testimonium præbendum præconibus Evangelii, sed etiam conjunguntur cum signis, prodigiis,

virtuti-

virtutibus; jam verò quemadmodum hæc, Evangelio confirmato, cessarunt, ita etiam Spiritus Sancti extraordinaria dona cessâvisse experientia confirmat. Et quemadmodum primitiæ ex Judæis per extraordinarium Spiritus illapsum fuere consecratæ, sic etiam gentilium in domo Cornelii. *Adhuc loquente Petro verba illa, illapsus est Sp. Sanctus in omnes, qui audiebant hunc sermonem; & fideles, qui erant ex circumcisione & venerant cum Petro, obstupuerunt, quòd etiam in gentes effusum esset donum Spiritûs Sancti, audiebant enim eos loquentes linguis ac magnificantes Deum. Tunc respondet Petrus. Num quis aquam prohibere potest, quominus videlicet baptizentur isti, qui Sp. Sanctum acceperunt sicut & nos?* Act. X, 44-46. conf. Act. XI, 15-17. Hæc pertinebant ad dedicationem & initiationem N. T. Et quemadmodum Apostoli erant ministri extraordinarii in initio N. T., qui non habebant successores, sic etiam in communicatione donorum Spiritus S. videntur aliquid privi & extraordinarii habuisse, nam Samaritani crediderunt prædicationi Philippi, sed Spiritum Sanctum acceperunt per manus & preces Apostolorum. *Quum autem audivissent Apostoli, qui erant Hierosolymis, Samariam recepisse sermonem Dei, miserunt ad eos Petrum & Johannem. Qui quum descendissent, orarunt pro eis ut acciperent Spiritum Sanctum (nondum enim in quenquam eorum illapsus fuerat, sed baptizati tantùm fuerant in nomen Jesu.) Deinde imposuerunt eis manus & recceperunt illi Spiritum Sanctum. Quum autem conspexisset Simon per impositionem manuum Apostolorum dari Spiritum Sanctum, obtulit eis pecunias. Act. VIII, 14-18.* conf. Act. XIX, 6. Quemadmodum ergo Deus olim LXX. senioribus à Mose electis, ut ostenderet hoc institutum sibi gratum esse &

se ipsis & successoribus spiritu suo adesse velle, extraordinariè spiritum prophetiæ dedit, (quod extraordinarium quid fuisse ex eo patet, quoniam Josua volebat eos cohiberi & invidebat Mosis causâ Num. XI, 28, 29.) nec tamen sequitur spiritum prophetiæ etiam successoribus eorum datum esse, sic nec ab initiis Ecclesiæ N.T. ejusque per dona extraordinaria initiatione ad omnia sequentia tempora concludere licet.

§. IV.

Atque hoc amplius illustratur.

Fortè etiam ad illustrationem afferri potest exemplum primi Regis in Israële, Saulis, qui unctus in Regem à Samuele accepit Spiritum prophetiæ, & irruente super eum Spiritu Dei prophetabat 1. Sam. X, 6. *irruetque super te Spiritus Jehovæ, ut prophetes cum eis, & mutaberis in virum alium* coll. ℣. 9-13. quod procul dubio notabat Deum Sauli & successoribus, si in viis ipsius ambularent, spiritum sapientiæ & prudentiæ, consilii & roboris daturum esse, nec tamen exinde sequitur spiritum prophetiæ omnibus successoribus, etiam piis, dandum fuisse. Et quoniam illa extraordinaria Spiritûs S. dona diximus ad initiationem & dedicationem N. T. atque confirmationem Evangelii pertinuisse, duo adhuc, quæ magis ad rem præsentem accedunt, notemus ex V. T. exempla, in quibus in initiatione etiam aliquid extraordinarii contigisse legimus. Erecto enim tabernaculo *operuit nubes illa tentorium conventus, & gloria Jehovæ implevit tabernaculum, adeò ut non posset Mosche ingredi in tentorium conventus, quum incubuisset illi nubes; nam gloria Jehovæ implevit tabernaculum* Exod. XL, 34, 35. Idem contigit in templi Salomonis dedicatione; *Fuit autem, quum exirent Sacerdotes è sancto ipso, ut nubes impleret domum Jehovæ, adeo ut*

non

non possent sacerdotes consistere ad ministrandum propter ipsam nubem, quum implevisset gloria Jehovæ domum Jehovæ. 1. Reg VIII, 10, 11. Hîc gloria Dei implebat domum, ut sacerdotes consistere non possent ad ministrandum, quod quidem notabat Deum habitare velle in tabernaculo & templo, licèt deinceps gloria Dei non tam gloriosè & visibiliter in templo & tabernaculo habitaret; Sic ergo extraordinaria illa non semper contingebant, sed ejus, quod ordinarium dein futurum erat, symbolum existebant. Alterum est, quòd in tabernaculi consecratione in oblatione primorum sacrificiorum illa fuerint per ignem à Domino egredientem incinerata Lev. IX, 24. quod similiter factum in templi Salomonis dedicatione 2. Chron. VII, 1. atque hoc quidem extraordinariè ab initio fiebat ad significandum sacrificia in fide oblata DEO grata fore, deinceps tamen non solebat DEUS ordinariè per ignem ϰραυοπετη testimonium dare. Itaque videmus aliter sæpe fieri in rei initio, aliter in progressu. Eodem modo poterat se res habere cum donis illis extraordinariis in primitiva Ecclesia, quæ in introductione & confirmatione N. T. adhibita significabant, quid DEUS modo ordinario per Spiritum suum operari vellet, quod eò faciliùs credi potest, tum quia status, beneficia, cultus & officia Ecclesiæ N.T. frequentissimè sub nominibus à vetere populo & cultu desumptis exprimuntur. Esa. LXVI. Mal. I. Ps. LXV. Rom. XII. tum quia dona illa extraordinaria non *propter se ipsa*, sed *propter fidem* in hominibus excitandam, confirmandam concedebantur Eò lubentiùs verò ea de templo & tabernaculo similia adduximus, quia in illis typum esse initiationis N.T. nobis valde fit verisimile, quò pertinent Esa. VI. Matth. III, 11. Eph. II. &c. Liceat hæc Cocceji verbis in Joël.

Joël. III. §. 2. confitmare. *Hæc effusio, quod 2. notandum, non simpliciter de spiritu filiationis, gratiæ & precum accipienda est (quippe illa supra indicatur per verbum:* & cognoscetis, & non pudefient cap. 2, 27) *sed de miraculosa effusione spiritus charismatum*, „ quæ certi temporis est, & „ est argumentum dati Christi & spiritus filiationis, & re„ velatio regni Dei & medium perficiendi prophetiam, ut „ illa imposterum sit ordinaria apud Ecclesiam. *De quo Apostolus etiam loquitur, in signum dari quædam dona extraordinaria 1 Cor. XIV, ℣, 22. quædam verò non tantùm in* signum infidelibus sed in utilitatem infidelibus; *conf.* ibid. *§* 5. Et quanquam etiam primis seculis adhuc extraordinaria quædam dona subinde in Ecclesia visa fuerint, quò pertinent testimonia quædam patrum à Witsio, Gürtlero, aliis citata, nec tamen [1] tam frequentia erant ut in Ecclesia Apostolica, & [2] adhuc dum usum habebant ad convictionem gentilium [3] nec etiam omnia ita simpliciter pro veris habenda esse, uti à Patribus stylo oratorio exaggerantur, ut vel in solius Gregorii Thaumaturgi exemplo patet, videntur [4] nec denique ex eo, dona illa extraordinaria communia aut perpetua esse debere, vel denique in Ecclesia ultimorum temporum in majori longè gradu reditura esse probari potest.

Solvitur objectio ex Joël. II.

§. V.

Opponi forte posset in loco Joëlis priora verba; *Eritque postea, ut effundam spiritum meum in omnem carnem*; significare tale beneficium, quod in Ecclesia continuari debeat usque ad consummationem seculi; adeoque & sequentia verba; *& prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ* &c. similiter notare beneficium aliquod perpetuum in Ecclesia; ad quod Rz. [1] esse disparem donorum ordinariorum

tiorum & extraordinariorum rationem; nam ordinaria sunt necessaria ad salutem; nemo enim potest Jesum Dominum dicere, nisi per Sp.S. 1. Cor XII, 3. & nisi quis regeneretur ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei. Joh, III, 5. extraordinaria non item. Extraordinaria enim ad confirmationem Evangelii erant; Evangelio verò satis confirmato non amplius ejus necessitatis sunt; unde Augustinus dicit; si quis post Evangelium confirmatum adhuc prodigia quærat, illum ipsum esse prodigium, qui mundo credente non credat. (2) ordinaria necessaria erant ad conservationem Ecclesiæ omni tempore, extraordinaria verò tantùm ad ejusdem fundationem (3) ordinariorum perpetuam continuationem Deus promisit; *De me autem, hoc erit fœdus meum cum istis, ait Jehova, spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent ex ore tuo aut ex ore seminis tui aut ex ore seminis seminis tui, ait Jehova, ex hoc tempore usque in seculum.* Esa LIX, 21. extraordinariorum verò non item. Et quanquam in loco Joëlis ordinaria & extraordinaria dona conjungantur, non sequitur tamen esse ejusdem vel necessitatis vel durationis, nam & in scriptura aliâs ea, quæ non sunt paris rationis, conjungi solent. Sic scribebant Apostoli ad Ecclesias ex gentibus, ut abstinerent à pollutis per simulachra, & scortatione & suffocatis rebus & sanguine Act. XV, 20. nemo tamen dixerit scortationis & suffocati atque sanguinis eandem esse rationem: quanquam etiam, quod ad locum Joëlis spectat, aliæ rationes, quare dona extraordinaria & ordinaria hîc combinentur, reddi queant. Sic Eph. IV, 11. Christus dicitur alios quidem dedisse Apostolos, alios verò Prophetas & Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores, ad compactionem Sanctorum, ad

opus ministerii, ad ædificationem corporis Christi, donec perveniamus nos omnes in unitatem fidei & agnitionis filii DEI, in virum adultum, ad mensuram plenæ staturæ Christi; malè tamen ex eo, quòd hîc Apostoli, Evangelistæ, Prophetæ cum Doctoribus & Pastoribus conjungantur & quidem ad eundem scopum, concluderes Apostolos, Evangelistas & Prophetas in Ecclesia perpetuos esse debere, sicuti sunt Doctores & Pastores; priores enim extraordinarii erant ministri & successores non habebant, posteriores verò ordinarii, uti res ipsa satis loquitur. Denique quid diceres, si in verbis Joëlis simpliciter majorem Sp. S. donorum mensuram sub N. T. promitti assererem, exerturam se ordinariè & extraordinariè, prout Deo visum fuerit, ita ut non præcisè promittantur somnia, visiones, prophetiæ, sed *major spiritûs mensura*, quæ sese prodat in donis ordinariis, extraordinariis, his, illis, prout ad Ecclesiæ ædificationem facere potest, prout notissimum est beneficia & statum N. T. phrasibus a V. T. desumtis sæpissimè significari. Nam procul dubio prima & præstantissima hujus promissionis impletio facta fuit in festo pentecostes. Atqui tum nec visiones, nec somnia, nec prophetias leguntur habuisse, sed magnalia Dei, procul dubio de Christo misso, mortuo, suscitato, ad dextram Patris evecto & salute in nomine ipsius in variis linguis prædicabant. Et in festo Pentecostes *donum linguarum* fuit datum, de quo tamen nihil disertè & in specie occurrit apud Joëlem, atque sic illa promissio impleta est, impletur adhuc hodie, & implebitur eo modo & mensurâ, quibus Deo placet, nec ulla ratione à priori exinde deduci potest, *propheticam Spiritûs S. dispensationem* ultimis temporibus expectandam esse. Denique, quod ad hominem dictum

dictum sit, videant illi, qui similia dona, qualia olim erant in Ecclesia primitiva, sibi tribuunt, anne etiam paria cum primis Christianis faciant? Primorum Christianorum dona erant ad commendandum & confirmandum verbum Apostolorum, non ut ipsi ex inspiratione interna absque verbo saperent aut novum verbum darent. Nec primi Christiani hæc spiritus dona habebant pro principio fidei aut medio ordinario, per quod Deus se homini manifestet, sed verbum Apostolorum & Prophetarum, atque illorum dona adstricta erant ad verbum Dei 1. Pet. IV, 11. quemadmodum etiam instructioni ex verbo Dei semper intenti esse debebant 1. Tim. IV, 13-16. 2. Tim. III, 14, 15. intra quos cancellos an omnes, qui extraordinaria Spiritûs dona sibi vendicarunt, sese continuerint, meritò dubitari potest, imò de nonnullis contrarium probatu haud difficile est.

§. VI.

Portò pro inspirationibus internis & immediatis Sp. S. profetuntur verba Ps. LXXXV, 9. *Audiam, quid loquatur in me Dominus.* Sed Rz. (1) in hebr. extat: *audiam, quid loquatur Dominus.* (2) à Prophetis ad quosvis fideles non valet consequentia. Similiter adducitur Esa LIV, 13. coll. Joh. VI, 45. *Erunt omnes docti à Deo.* Sed non additur αμεσως. Docet Deus per verbum. Eph. IV. 11-13. Luc. XXIV, 44-46. Additur quidem ℣. 45. *Quisquis ergo audivit à Patre & didicit, venit ad me.* Sed Paulus expresse ait, auditum esse per verbum Dei. Locus notabilis est Rom. X. postquam enim dixerat ℣. 13. *Quisquis enim invocaverit nomen Domini, servabitur*; quod sub N.T. post effusa dona spiritûs extraordinaria & post diem illam magnam judicii in Judæos futurum erat, conf. Joël. II, 29-31.

Loca Scripturæ Ps 85, 9. Esa 54, 13. explicantur, atque in illis nullam pro immediatis fidelium inspirationibus internis probationem esse ostenditur.

nunc proponit medium ordinarium Novi Testamenti, etsi de donis Spiritus S. effusis apud Joëlem jam mentio facta esset, per quod ad invocationem nominis Domin pervenire poterant, quod non est immediata & interna inspiratio, sed verbum Dei. ℣. 14-17. *Quomodo igitur invocabunt eum, in quem non crediderint? quomodo autem credent ei, de quo non audierint? quomodo autem audient absque prædicante? quomodo autem prædicabunt, nisi missi fuerint? sicut scriptum est. Quàm speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona? sed non omnes auscultarunt Evangelio. Esaias enim dicit, Domine quis credidit sermoni nostro? Ergo fides est ex auditu, auditus verò per verbum Dei. Sed (inquam ego) an non audierunt? imò verò in omnem terram exivit sonus eorum & ad ultima orbis terrarum verba eorum.* Porrò verò Christus Joh. VI, 46. etiam explicat, quomodo à Patre audiamus & discamus. *Non quòd Patrem viderit quisquam nisi is, qui est à Deo: hic vidit Patrem*; nempe filius Patrem vidit & nobis in prædicatione Evangelii notificavit. *Deum nemo vidit unquam; unigenitus ille filius, qui est in sinu Patris, ille nobis exposuit.* Joh. I, 18. & quidem in verbo; *Ego tradidi iis sermonem tuum* Joh. XVII, 14. & quis sit *sermo Patris*, ampliùs patet ex ℣. 17. *sanctifica eos tuâ veritate, sermo ille tuus veritas est*, & ex ℣. 20. ubi etiam *sermonis Apostolorum* mentio fit. *Non tantum autem pro istis rogo. sed & pro iis, qui per sermonem eorum credituri sunt in me.*

§. VII.

Similiter nec in Luc. 17, 21. Phil 3, 15. Jer. 31, 33, 34.

Adducitur ad idem probandum, Luc. XVII, 21. *Regnum Dei in vobis est.* Sensus verò est Regnum Messiæ jam inter Judæos cœpisse, atque ita sese exserere, ut nisi alium planè de eo conceptum sibi fecissent, cognoscere possent

possent conf. Gal. III, 1. ubi Paulus ad Galatas inquit; *Christus crucifixus est* ἐν ὑμιν, *id est, inter vos.* Sic & facilis est responsio ad Phil. III, 15. *Quod si quid aliter sentitis, hoc quoque Deus vobis manifestabit*, nempe non per afflatum privatum & internum, sed per verbum Rom. XVI, 25, 26. Profertur etiam locus Jer. XXXI, 33, 34. *Hoc illud est fœdus, quod pangam cum domo Israëlis post dies hos, dictum Jehovæ, indam legem meam menti eorum & cordi eorum inscribam eam* &c. agnoscimus in hoc loco prædicari felicitatem N. præ V. T. in publica legis Dei promulgatione atque majori & universaliori Dei cognitione, majori illuminatione & sanctificatione Sp. S., per quas lex divina tabulis cordis, intellectui & voluntati inscribitur. Sed nihil hîc habes pro verbo interno, pro immediata & prophetica Spiritûs dispensatione exclusivè & contradistinctè ad verbum externum. *Per legem Dei* hîc intelligimus eandem legem gratiæ & fidei, quæ extat in verbo DEI. *Inscriptio* hujus legis in corda fit, quando per digitum seu Spiritum Dei intellectus illuminatur ad percipiendum legis divinæ sensum, voluntas verò sanctificatur ad legis amorem. Nihil hîc extraordinarii aut prophetici, sed fit hoc ipsum in omnibus credentibus, per spiritum fidei; conferantur de inscriptione legis DEI in cor Deut. VI, 6-8. Prov. VII, 2, 3. Nec illa, quam Jeremias prædicit, œconomia ullo modo excludit verbum, aut aliquid præter verbum per Sp. S. cordibus intimandum involvit, nam verbum DEI ex Sione debebat exire Esa. II, 3, 4. XL, 3-5. Mich. IV, 2, 3. Quemadmodum etiam reipsâ factum fuit; nam Apostoli prædicarunt Evangelium & verbum ipsorum per gratiam Spiritus S. efficax fuit Gal. II, 8. 1. Cor. III, 6. 1. Thess. I, 5. II, 13. Atque Corinthii per ministerium

Pauli facti erant epistola Christi, scripta non atramento, Sed Spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis carneis cordis 2. Cor. III, 3. unde etiam Paulus se & cooperarios suos commendat tanquam idoneos ministros N. T. & ipsorum ministerium, non tanquam ministerium literæ, sed spiritus & justitiæ ℣. 6, 9.

§. VII.

Expenduntur loca Rom 12, 6 1. Thess 5, 20. Matth. 24, 24. 1. Cor. 13. 8-10.

Sunt & alia loca, ex quibus pro dono prophetico in Ecclesia N. T. obtenturo concludi posse videtur, Inter quæ refertur Rom. XII, 6. *Habentes autem diversa dona pro gratia, quæ nobis data est, sive prophetiam, prophetemus pro proportione fidei,* ειτε προφητειαν, κατα την αναλογιαν της πιστεως. R. (1) Si prophetiæ donum ab Apostolo hîc commemoratum inter extraordinaria Ecclesiæ primitivæ charismata referas, atque strictè pro vaticinandi facultate accipias, nihil inde pro sequentium temporum statu concludi potest, nam sic prophetiæ donum æquè ac reliqua extraordinaria, sanationum, operationis virtutum, discretionis spirituum, generum linguarum, interpretionis linguarum &c. expirare potuit, utpote cum quibus eundem scopum habuit, scil. confirmationem Evangelii per Apostolos prædicati; Sed (2) prophetia etiam accipi potest pro facultate, qua quis ad scripturas scitè exponendum & de rebus divinis peritè differendum idoneus est. Ita Prophetam pro מתורגמן, interprete, ipsi Judæi accipiunt interdum. Tales videntur fuisse prophetæ inter Corinthios, qui per charisma spiritûs apti erant ad differendum de rebus divinis atque ædificandum Ecclesiam per verbum veritatis & scripturæ expositionem. Id ipsum videtur innuere Apostolus 1. Cor. XIV, 3, 4. *Qui autem prophetat, hominibus loquitur ædificationem & exhortationem &*

nem & consolationem. Qui loquitur linguis, se ipsum ædificat: qui verò prophetat, Ecclesiam ædificat. Prophetare ergo est hominibus loqui ædificationem & exhortationem & consolationem, quæ à prophetia strictè dicta utique distincta sunt. Atque hoc modo prophetia, quæ consistit in interpretatione rerum divinarum, qua illæ ad intelligentiam aliorum tractantur, in Ecclesia perpetua est. Licèt enim in modo consequendi eam in prima Ecclesia aliquid extraordinarium fuerit, quod satis ex 1. Cor. XII. patet, ipsum tamen prophetiæ donum in Ecclesia est perpetuum, supplente studio, meditatione, usu, per gratiam Sp. S. illud, quod olim extra ordinem dabatur, adeoque patet, quomodo illa etiam ad nostra tempora pertineant. Hinc in comment. ad Rom. XII. Coccejus; *post quã Christus apparuit & verba Dei, quibus audiendis consummata fieret lætitia Ecclesiæ, locutus est, & lex Dei in publico posita est, & finis est impositus sermonibus Dei, quibus Ecclesia erat informanda usq; ad finem mundi, donum prophetiæ perfectius habet Ecclesia, quàm antehac. confer. Wits. miscell. lib. I. c. XXI. §. 47. seqq.* Porrò Apostolus 1. Thess V, 20. ait; *Prophetias non contemnite.* Sed [1] possunt intelligi prophetiæ V. & N. T. 2. Pet. I. 19. [2] in Ecclesia Apostolica erat donum propheticum strictè dictum; insuper etiam charisma verbum propheticum explicandi & ad ædificationem Ecclesiæ loquendi, quod suo modo in Ecclesia semper durat & contemni non debet, de quo suprà diximus; quamquam [3] præsuppositio hoc, si veræ quædam prophetiæ edantur, eas non esse contemnendas ultrò largiamur. Arguunt etiam ex Matth. XXIV, 24. fore ultimo tempore veros Prophetas, quoniam prædicuntur venturi falsi prophetæ, à quibus summum deceptionis immineat periculum. Jam verò,

verò, inquiunt, si nulli veri Prophetæ futuri sint, nullum fore à falsis seductionis periculum, sed omnes simpliciter statim rejici posse. Ergo dum à falsis cavere jubemur, simul etiam innui veros orituros esse; quemadmodum quando à falsa moneta cavere jubemur, veram etiam extare præsupponitur. Sed R. [1] quæritur, ad quæ tempora locus ille pertineat? *Gürtlerus* in Theol. Prof. c. XXV. *de falsis Prophetis & Christis fictitiis, judaicam gentem decepturis, id est, de iis ipsis, quos modo e Josepho in scenam produxerat*, exponit [2] si ad ea tempora referas, notum est tum fuisse veros, fuisse etiam falsos Prophetas [3] commendatio cautelæ, ut quis sibi caveat a Pseudo-Prophetis, non præsupponit actu veros etiam in mundo existere Prophetas, sed tantum præsupponit credere quempiam, posse adhuc exsurgere veros Prophetas. Hac enim persuasione præsuppositâ facilè à deceptoribus, verorum Prophetarum speciem assumentibus, quis nisi bene attendat, circumveniri potest. Nam & ibidem dicitur, venturos Pseudo-Christos. An ergo inde concludes verum Christum tum temporis etiam adhuc in mundo futurum aut venturum fuisse? Imò non; sed sufficit ita credere, qui à Pseudo-Christis decipiuntur. Per simile de moneta res confici nequit. Porriguntur alicui variæ monetæ species; jubetur cavere à moneta adulterina. Non sequitur veram falsæ mixtam esse. Quid si enim omnis falsa esset? At posse etiam veram adesse monetam aut illum cui moneta traditur, saltem illud credere præsupponitur quidem, sed à posse ad esse non valet consequentia. Denique dubium forte alicui movere posset, quod dicitur 1. Cor. XIII, 8-10. *Charitas nunquam excidit: sed & prophetiæ evanescent, & linguæ cessabunt & cognitio evanescet.*

Ex parte

Ex parte enim cognoscimus & ex parte prophetamus. Postquam autem advenerit quod perfectum est, tunc quod est aliquatenus, ut inutile tolletur. Ex quo forte quis concluderet prophetiam itaque durare debere usque ad consummationem mundi, quando adveniet illud, quod perfectum est. Sed ℞. (1) sic & linguæ deberent manere, quod tamen non apparet (2) hîc opponitur ratione singulorum fidelium status hujus & futuræ vitæ, conf. ℣. 11, 12. 2. Cor. V, 7. Nempe prophetiæ, linguæ, cognitio in illis ipsis, qui hæc dona habuerint, evanescent, quando non ampliùs per speculum & ænigma, sed coràm facie ad faciem Deum cernent. (3) quid vero in omnibus fidelibus in hac vita usque ad consummationem mundi esse & manere debeat, Apostolus ℣. 13. exponit. *Nunc verò manet fides, spes, charitas, tria hæc: maxima autem harum charitas.*

§. IX.

Respondetur ad nonnullas rationes, quæ pro Prophetica Sp. S. dispensatione in ultimis temporibus proferuntur.

Hactenus itaque firmam ex verbo Dei pro internis atque immediatis Sp. S. inspirationibus demonstrationem in ordinario, quo Deus cum hominibus agit, modo non deprehendimus, aut quòd dona prophetica in Ecclesia perpetuari debuerint; in quo ομοψηφοι nobis sunt reformatæ Ecclesiæ Doctores; *Witsius Miscell. lib. I. c. XXIV. §. 18.* ita mentem suam exponit. *Verùm esto, detur aliquandiu Propheticos in Ecclesia viros floruisse, nec assignari posse determinatum tempus, quo desierint: non puto tamen in sacris literis inveniri declarationem aliquam divinæ voluntatis, quâ constituerit propheticum munus in Ecclesia continuare.* Et *Gürtlerus*, postqua ex Eusebio quendã introduxerat dicentem; δειγγαρειναι το προφητικον χαρισμα εν παση τη εκκλησια μεχρι της τελειας παρουσιας ο Αποστολος αξιοι;

addit; *Sed nullus Apostolus hoc disertè testatur, & nequeo conjicere, quem scriptor ille innuerit Apostolum, nisi quòd apud Paulum generalia de Profetis & prophetia exstant testimonia Eph. IV, 11. Rom. XII, 6. 1. Cor. XII, 10. 1. Thess. V, 20. & prophetias abolitum iri cum linguis & γνωσει* scientia rationante difficile ex facili, obscurum claro ex *colligente, dum charitas durat in perpetuum, disputatur.* Nondum etiam probatum est, dona spiritus prophetica in Ecclesia ultimi temporis, & quidem longè majori in mensura, reditura esse, quàm unquam in Ecclesia olim fuerint. Quod attinet denique ratiocinia, nullam esse rationem, quare non Deus etiam nobiscum agere velit per prophetias & internas revelationes, sicut fecit sub V. T. cùm sub N. T. adhuc propiorem ad Deum accessum habeamus; aut quare extraordinaria Spiritûs in Ecclesia primitiva dona nunc cessare, aut ultimo tempore in Ecclesia, cujus major felicitas & gloria futura sit, reddi non debeant; ingentem torrentis instar Ecclesiam corruptionem inundasse, atque omnes ordines invasisse malum, cui tollendo viri prophetici & immediato spiritus instinctu acti sufficere demum videantur, sicut olim temporibus corruptis factum fuit; ipsum ministerium languere atque vel maxime corruptum esse; restare maxima in mundo opera conversionis Judæorum & gentilium adhuc peragenda, quæ omnia per ordinarium verbi ministerium absque propheticis donis perficienda esse probabile non sit; ad ea respondemus (1) non esse demonstrationes ex scriptura, de quibus quæstio erat, atque ex omnibus allatis nihil certi posse concludi; Deo nota sunt omnia ipsius opera; novit ille optimè modum, quo consilia sua exequi velit, quem nos non capimus. Rom. XI, 33. 34. (2) à tempore V. T. itemque initiis

Eccle-

Ecclesiæ N. T. ad nostra aut ultima tempora non valere consequentiam; nec disparitatis ratio in obscuro est (3) majorem Spiritus S. donorum mensuram in Ecclesia ultimi temporis nos non negare, sed ex eo nondum consequi, fore illa immediata & prophetica (4) Deum etiam Ecclesiæ vulnera sanare posse per verbum, accedente majori Sp. S. illuminatione, convictione & hominum per gratiam Dei conversione, etsi non statuamus propheticam spiritûs dispensationem. [5] Eadem etiam ratione magna illa & eximia Dei opera, conversionis judæorum & gentilium fieri posse, uti deinceps post tempora Apostolorum integræ nationes ad fidem conversæ & reformatio patrum nostrorum ævo per verbum facta est; imò tempore Apostolorum verbum Evangelii, prædicatio Christi crucifixi cum demonstratione ad conscientiam & convictionem ex scripturis erat medium ordinarium conversionis, non verò dona spiritus extraordinaria, quæ credentibus dabantur, adeoq; non requiri necessariò immediatam & propheticam Sp. S. dispensationem. (6) justas nos habere metuendi causas inter eos, qui propheticam & immediatam Sp. S. œconomiam olim & nunc quærunt, esse qui illud intendant, ut verbum DEI tollatur, & in ejus locum inspirationes privatæ & aliud verbum substituantur, quod non tantum contra verbi divini dignitatem atque usum est, sed etiam contra illorum temporum, in quibus prophetiæ vigebant, rationem; nam sub V. T. omnes Prophetæ remiserunt ad verbum externum. Esa. VIII, 20. Mal. IV, 4. nunquam ad aliquod internum, quod tanquam domesticum aliquod oraculum consulendum sit. Similiter Christus & Prophetæ Joh. V, 39. Luc. XVI, 29-31. 2. Pet. I, 19. atque nihil extra scripturam locuti fuerunt Act. XXVI, 22. atque eorum doctrina ex

scripturis probata fuit. Act. XVII, 11. Nec vanas metus nostri causas esse ex hisce; *cognitionem & judicium rerum Theologicarum non rectè desumi ex scriptura, sed cognitionem ex scriptura esse imaginariam fidem* ein erdichteter Schrifftglaube / ein Wahnglaube; *Scripturam esse literam mortuam, ambidextram, omnia quæ sunt in scriptura, contineri hoc unico verbo; diliges Deum & proximum, lumen naturæ id omne sugerere, quod Moses & Prophetæ tradunt, aliud Evangelium ultimo tempore prædicandum fore;* & similibus æquus lector judicare poterit.

§. X.

Restare Ecclesiæ adhuc majorem felicitatem ostenditur.

Mihi de temporibus ultimis, quanquam ea, quæ in fatis adhuc concluſa sunt, suo tempore optimè ex eventu demum cognosci possint, sic videtur. Restare (1) Ecclesiæ ultimi temporis majorem gloriam quàm hactenus visa est, ac feliciorem adhuc statum secundùm prophetias esse expectandum. Esa. XI. LX. Zach. XIV. Hos. III. Rom. XI. Apoc. XXI. XXII. in quo expectamus pacem, conversionem Judæorum & gentium, lætitiam, tranquillitatem uberioremque beneficiorum Christi modum & mensuram. (2) in specie etiam majorem fore cognitionem, utpote quæ tum ex demonstratione ipsa gloriæ Dei & impletione prophetiarum atque illustribus eventibus in Ecclesia futuris, tum etiam ex majori spiritus mensura sequitur. *Repleta est terra cognitione Jehovæ, sicut aquæ operientes mare* Esa. XI, 9. *Erit que lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum in die, qua alligaverit Jehova contritionem populi sui.* Esa. XXX, 26. *Lumen ejus simile lapide pretiosissimo, tanquam lapidi Jaspidi, instar Chrystalli splendenti* Apoc. XXI. 11. (3) majorem etiam fore sanctitatem. *Et ego Johannes vidi sanctam urbem*

bem Hierosolymam novam, descendentem à Deo è cælo, paratam ut sponsam ornatam viro suo. Apoc. XXI, 2. *non intrabit in eam quicquam, quod inquinat, aut abominandum quippiam patrat vel mendacium* V. 27. *populus quoque tuus omnes justi, in seculum hæreditate accipient terram, virgultum plantationis meæ, opus manuum mearum, ut glorificer.* Esa LX, 21 adeoque etiam [4] ad præstantissimos illos effectus majorem fore Sp. S. donorum copiam, quæ videntur denotari *per aquas exeuntes è templo* Ezech. XLVII, 1. & *per purum fluvium aquæ vivæ, splendidum tanquam Chrystallum, procedentem ex throno Dei & agni.* Apocal. XXII, 1, Confer. *Gürtlerus in sua Theol. Proph. cap. XLII. XLIII.*

§. X.

Illud verò etiam nobis videtur certum hancce Spiritûs S. majorem gratiam sese ita demonstraturam, ut per rationalem convictionem & demonstrationem veritatis ad conscientiam homines magis illustrandi, convincendi atque ad accuratam sanctitatem excitandi sint & quidem per *illud ipsum verbum*, quod nunc habemus. Nec ostendi potest, Sp. S. tempore ultimo immediatam fore absque verbo illuminationem, atque dona prophetica ita reditura fore, ut homines futuri sint Θεοπνευστοι, quibus Sp. S. immediatè veritatem inspiret, & qui à Sp. S. Φερομενοι nova oracula fundant, quæ tanquam totidem infallibiles DEI dictatus sint habenda, & in quibus proferendis Sp. S. hominibus tanquam instrumentis passivis usurus sit, in quali œconomia prophetica verbo, ejus lectioni, meditationi vix locus ampliùs daretur; Sed potiùs Sp. S. per rationalem convictionem, mediante lectione, attentione, meditatione verbi acturum esse ad illuminationem & sanctificationem in

Illuminatio Ecclesiæ ultimi temporis erit mediante verbo.

veritate credimus. Hac enim ratione omnis illa ultimorum temporum felicitas tantopere in scripturis prædicata, major nempe cognitio, sanctitas, pax, lætitia, accessio populorum ad Ecclesiam locum habere possunt. Rationes cur ita statuamus, sunt [1] quia Dan. XII, 4. modus augendæ cognitionis ultimo tempore definitur futurus per verbum. *Tu verò Daniel occlude hæc verba & obsigna hunc librum usque ad determinatum tempus; percurrent multi & augebitur cognitio.* [2] quia illud verbum manebit usque ad finem mundi. *Amen quippe dico vobis, usque dum præterierit cœlum & terra, jota unum aut unus apex nequaquam præterierit ex lege, usque dum omnia facta fuerint* Matth. V. 18. & cur non maneret verbum usque ad tempora restitutionis omnium de quibus loquutus est Deus per os omnium sanctorum suorum Prophetarum, ut sic prædictio cum impletione conferri queat? *non recedet illud verbum ab ore Ecclesiæ in æternum* Esa LIX, 21. Adeoque etiam [3] hoc verbum habebunt Judæi in ore in ultima sua conversione, *quando Tzioni vindex advenerit & conversis à defectione in Jacobo.* ℣. 20. coll. Rom. XI, 26. & Canticum Mosis, quod non erat oblivioni tradendum, quin versetur in ore seminis Israëlis, futurum erit Judæis ultimo tempore loco testis Deut. XXXI, 21. atque [4] celebrabitur ultimo tempore festum tabernaculorum Zach. XIV. in quo Judæi priora beneficia ex verbo DEI repetebant, & Apoc. XX, 12. libri dicuntur aperiendi atque mortui judicandi secundum scripturam in libris, per quos libros intelligimus scripturam V. & N. T. denique [5] qui victoriam reportaverint contra bestiam & ejus imaginem, canent canticum Mosis & agni Apocal. XV. 3. & in fundamentis novæ urbis scripta sunt nomina Apostolorum, quod

notat

notat fundationem super doctrina eorum Apoc. XX, 14. Ex quo satis videtur patere, non fore in hac vita œconomiam immediatæ revelationis, quod potius ad futuram vitam pertinet, ubi non ampliùs videbimus per speculum, sed verbum Dei futurum medium ordinarium conversionis hominum suumque habiturum usum usque ad consummationem seculi, atque verbi ministerium non minùs etiam duraturum usque ad finem mundi, quod Christus innuit Matth. XXVIII, 19, 20. postquam enim eos emisisset ad prædicandum Evangelium; *profecti ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen Patris, & Filii & Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia, quæ mandavi vobis*; addit. *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi, Amen*: & Paulus confirmat Eph. IV, 11-13. *Is igitur dedit alios quidem Apostolos, alios verò Prophetas, alios autem Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores, ad compactionem Sanctorum, ad opus ministerii, ad ædificationem corporis Christi, donec perveniamus nos omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei, in virum adultum, ad mensuram plenæ staturæ Christi.*

§. XI.

Claudamus hoc caput *Gürtleri* verbis *in Theol. Prof.* c. XXIV. §. 25. ubi sic ait [1] *Desino plura colligere exempla virorum, qui divinitus incitati unum alterumve eventum prædixerunt: & pauca subjiciam de nobili quæstione*; an sub finem mundi spiritus prophetiæ sit in Ecclesiam „ effundendus, uti fuit effusus in Apostolos eorumque „ discipulos, sub finem Reip. Judaicæ? „

Citantur verba Gürtleri de statu Ecclesiæ ultimi temporu.

Resp. *α. annunciatio Evangelii & propagatio regni cælorum per universum terrarum orbem, ac destructio hostium Christi, non fiet sine largissima Spiritus S. mensura*

β. Inter

β. Inter dona Spiritus Sancti est quoque vaticiniorum intelligentia.

γ. Quo plura Ecclesiæ & mundi fata sunt impleta, eò rectiùs illorum percipiuntur prædictiones.

δ. Nova tamen vaticinia nunquam edentur, nisi quæ applicent scripturæ oracula ad certa loca & tempora. „Con-„testor enim omni audienti verba prophetiæ hujus libri, si „quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas, „in libro isto scriptas. Et si quis diminuerit de verbis libri „prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus è libro vitæ „& à civitate sancta & ex his, quæ scripta sunt in libro „isto. Apoc. XXII, 18, 19. non facit Dominus Jehova quic-„quam, nisi revelaverit secretum suum servis suis Prophe-„tis; *quorum scripta V. ac N. T. codex exhibet* Amos. III, 7. circa quæ tantum monemus, quòd quando author numero 4. dixerat; *nova tamen vaticinia nunquam edentur, nisi quæ applicent scripturæ oracula ad certa loca & tempora*; non tam videatur nova vaticinia intelligere per spiritum propheticum prolata, quàm potiùs vaticiniorum, per dona Spiritus ordinaria, secundum verborum emphasin, nexum, per collationem eorundem cum aliis vaticiniis atque eventu, explicationem & applicationem, nam & illi qui verbum propheticum explicant & applicant, suo modo prophetare dici possunt.

CAP. VI.

De falsarum revelationum frequentia à primis fere mundi initiis usque ad nostra tempora.

THES.

THESIS I.

Nullo fere non tempore revelationes falsæ in orbe circumlatæ fuerunt.

§. I.

NOn debet nobis peregrinum aut novum videri, si falsas & confictas, aut minimùm incertas & dubias mundo propinari revelationes audiamus, nam illud & intra & extra Ecclesiam sæpenumero factum fuisse rerum gestarum annales dubitare nos non sinunt. Si accuratam & specialem rerum in orbe gestarum per omnia secula historiam haberemus, per singula quoque secula hujusmodi exempla haud defutura nobis esse mihi facilè persuaderi patior. Quemadmodum enim vera & divina revelatio mundo coæva fuit, sic falsam ejusdem fere etiam antiquitatis & mox subsecutam fuisse ex historia tentationis Evæ apparet. Annon enim larvatus Doctor, quando sub serpente latens primam matrem incessit, boni angeli speciem, ac si divinam voluntatem clariùs explicare vellet, assumpsisse credendus est? An non in angelum lucis se transformavit? Certe εν τη πανουργια αυτου incautam mulierem oppressit 2. Cor. XI, 3. quæ πανουργια etiam in eo consistit, quando videri voluit in nomine Dei loqui, a DEO non missus. Hinc etiam nomen Dei obtendit Gen. III, 5. illudque primus in vanum usurpavit. An non primum, sed eheu! humano generi nimiùm funestum falsæ prophetiæ specimen & tyrocinium deposuit draco, quando primos parentes, degustato vetitæ arboris fructu, instar Dei fore mendaciter edixit? Et quare Apostolus Pseudo Apostolorum perversas artes cum prima diaboli πανουργια confert,

Plurima revelationes falsæ fuere in medium productæ, quarum initium fecit diabolus in Paradiso.

nisi quòd tum etiam nuncium Dei se finxerit, uti Pseudo-Apostoli deinceps etiam faciebant, atque in Apostolos Christi & ministros justitiæ sese transfigurabant? Saltem si Eva Angelum Sammaëlem sub serpente latere credidisset, aurem ei patulam, præceptum Dei tenens, præbitura fuisse non videtur. Sic itaque quemadmodum Dei verbum religionis veræ ab initio fundamentum erat, Diaboli apparitio & verbum erroris, superstitionis & peccati prima quoque origo fuit.

§. II.

Ante & post diluvium per confictas revelationes velut divinas miseris mortalibus illusum fuit.

Reliqua à mundo condito ad diluvium historia paucis à Mose comprehensa & per generationum fere tantùm capita summariè proposita est, ut quidem ibi clara falsorum Prophetarum non deprehendamus indicia. Sed quemmodum in sancta Patriarcharum linea crebræ Dei revelationes, per quas primum Evangelium confirmatum & propagatum fuit, obtinebant, sic etiam in impia Cainitarum progenie diabolum per falsas revelationes errori, superstitioni & impietati fomitem supposuisse satis probabile est. Solet enim superbus & æmulus Spiritus Dei actiones imitari. Inter gentiles postea illam tragœdiam sæpe lusit. Pseudo-Prophetas inter antediluvianos fuisse Maimonides ait. Nos Heideggero *in histor. Sacr. Patriarch.* facilè adstipulamur, quando in *exercit. VIII. de Theol. Cainit. & idololatr. antediluv. §. 5.* de diabolicis ea ætate apparitionum illusionibus ita loquitur. *Ut ante lapsum Sathanas se in angelum lucis transfigurans obrepsit mulieri verbum Dei ad se factum negligenti eamque specie simplicitatis seduxit; sic post lapsum inter Cainitas qui verbum DEI ejusque puritatem contempserunt, id multò licentiùs egit. Noverant Cainitæ ex traditione Caini, Deum sæpiusculè solitum primis hominibus*

hominibus apparere. Cùm igitur idem tentâſſet Satanas & variis apparitionibus Cainitas deluſiſſet, tandem veriſimile eſt eos ad cultum ejus ac venerationem tandem traductos eſſe. Tempore Jacobi jam invaluerant Theraphim, quos divinationis inſtrumenta fuiſſe plures conſentiunt. Zach. X, 2. vide *Buxtorf. Lex. Talmud. in voce* תרף. Et Labanem Deorum illorum operâ ad auguria uſum fuiſſe colligunt ex Gen. XXX, 27. נחשתי *Divinavi, quòd mihi benedixerit Jehova propter te.* Jannes & Jambres 2. Tim. III, 8. inter Ægyptios eodem loco habiti eſſe videntur, quo Simon Magus apud Samaritanos, qui de ſeipſo, *ειναι τινα εαυτον μεγαν* Act. VIII, 9. & de quo alii ita ſentiebant; *ουτος εστιν η δυναμις του Θεου η μεγαλη* ℣. 10. Inter gentiles penè multi ſibi cum Diis commercium intercedere ſubdolè finxerunt. Et cum mortalibus naturâ inſitus ſit Numinis ſenſus religionisque inſtinctus, ſæpiusculè Rerumpublicarum conditores legum conſtitutionem religionisque formam per confictas divinas revelationes populis perſuaſere. Sedit enim & hæc in hominum animis perſuaſio divini cultûs rationem à Numine rectiſſimè peti. Sic ſcilicet primis & pretioſiſſimis veritatibus à natura congenitis diabolus & aſtuti homines ad fraudem faciendam abuſi fuere. Ita *Lactantius divin. inſtitut. lib. I. c. 22.* de *Sabino* ait; *animos hominum rudes atque imperitos novis ſuperſtitionibus implicavit: quod ut faceret aliqua cum authoritate, ſimulavit cum Dea Egeria nocturnos ſe habere congreſſus. Erat quædam ſpelunca &c. videlicet aſtutiam Minois voluit imitari, qui ſe in antrum Jovis recondebat, & ibi diu moratus leges tanquam ſibi à Jove traditas afferebat: ut homines ad parendum non modo imperio, ſed etiam religione conſtringeret.* Et quàm variæ inter gentiles generis humani illuſiones ſive hominum impoſtorum

sive cacodæmonis fraude per *oracula*, *divinandi artes*, *fatidica scripta*, *revelationes & apparitiones Deorum* factæ fuerint, de illis eruditi passim. Confer. *Peucerus de divinat.* & *Delrio in disquisit. mag. Spanhem. in histor. Eccl. V. T. p. 315. de mediis, per quæ Ethnicismus propagatus.*

§. III.

Ante & post captivitatem Babylonicam inter Iudæos orti fuerunt falsi prophetæ.

Inter Judæos, formatâ ipsorum Republicâ, falsos sæpe in populo surrexisse Prophetas scriptura pluribus testimoniis liquidò confirmat. Deut. XIII, 1. XVIII, 20. Jer. II, 8. XIV, 14. XXIII, 21. XXVII, 12-18. Ezech. XIII, 2. Mich. III, 5. Imò magnæ etiam falsorum Prophetarum occurrunt cohortes 1. Reg. XXII. usque ad quadringentos ℣. 6. ex quibus patet plures etiam simul à falso spiritu seduci posse, nam habebant illi eundem Sp., ℣. 21. qui omnes agitabat ℣. 22 atque ita quidem, ut illi magna cum fiducia se à Spiritu Dei regi ipsi crederent & aliis persuadere vellent, quod saltem in Zedekia conspicimus, qui Prophetam DEI, Micham, in maxillam percutere audet ℣. 24. Sic etiam Jeremiæ tempore plures erant falsi Prophetæ, quibuscum acrem ille non tantùm contentionem habuit Jer. XXVI, 7-16. XXVII. sed & gravia ab iis passus est. Post captivitatem Babylonicam quoque inter Judæos non defeciisse falsos Prophetas discimus ex Neh. VI, 10-14. Inter Essæos etiam deinceps multos Propheticam sibi tribuisse facultatem testatur *Josephus*, judaicarum rerum scriptor, non uno in loco, nec rem ita sese habuisse repugnare ipse videtur. Quâ tamen cautione de exemplis particularibus & quid de Essæorum prophetiis judicandum sit, legi potest apud *Knibb. in histor. Proph. lib. II. c. 6.* sed alii fuerunt, inclinatis jam Judæorum ad ultimum exitium rebus, quos Josephus ipse pro falsis Prophetis habet. οι δε γοητες και απατεωνες

απατεωνες ανθρωποι, *impostores autem & magi turbas illectas post se trahebant in solitudines, pollicentes se divinitus ostensuros eis clarissima signa & prodigia: persuasaque multitudo mox pœnas luit dementiæ, retractos enim eos Felix neci dedidit. Eodem tempore quidam ex Ægypto venit Hierosolyma* προφητης ειναι λεγων, *vatem se esse profitens & plebi suadens, ut secuta se in montem oliveti ascenderet, qui e regione urbis ad quintum abest stadium: illic enim visuros suo jussu cadere Hierosolymorum mœnia, ita ut per eorum ruinas aditus in civitatem pateat. Quo cognito Felix jubet milites arma sumere: stipatusque multis equitibus ac peditibus erumpens invadit turbam seductam ab Ægyptio: quorum quadringentis occisis ducentos vivos cepit: Ægyptius ipse pugnâ elapsus disparuit. Antiquit. Judaic. lib. XX. cap. 6.* confer *de bello judaico* lib. II. κεφ. κγ. πλανοι γαρ ανθρωποι και απατεωνες προσχημασι θειασμω, νεωτερισμως και μεταβολας πραγματευομενοι δαιμονιαν το πληθος ανεπειθον &c. Nec post dispersionem per orbem immunes fuere Judæi à seductoribus, quin aliquoties Pseudo-Messiæ ipsorum pertinaci superstitioni cum maximo multorum damno illuserint, in quo impletum est verbum Christi Joh. V, 43. *Ego veni nomine Patris mei nec recipitis me, si venerit alius nomine suo, illum recipietis.*

§. IV.

In N T. primis seculis jam se prodiderunt in Ecclesia Pseudo-Prophetæ.

In N T. quanquam doctrina salutis clarissimè proposita fuerit, nihilominus tamen plures fuerunt exorti, qui vel ipsi falsas revelationes jactare vel spuria quædam scripta viris Θεοπνευστοις supponere ausi fuerunt. Ante omnia scripturæ loca, quæ de Pseudo-Prophetis vel jam tum in Ecclesia existentibus vel orituris, aut spiritu impuro homines agente loquuntur, præmittimus Matth. VII, 15. XXIV, 23, 24.

Act. XIII, 6-11. XVI, 16-18. 1. Cor. XII, 1-. 2. Theſſ. II. 2-10. 2. Tim. III, 1-7. IV, 3, 4. 2. Pet. II. coll. epiſt. Judæ. 1. Joh. IV, 1. Apoc. XVI, 13. XIX, 20. XX, 10. De Pſeudepigraphis plurimis, Canonibus & conſtitutionibus Apoſtolicis, Pſeudo-Evangeliis, Pſeudo-Actis, Pſeudo-Epiſtolis, Pſeudo-Apocalypſibus conſuli poteſt *Spanhemius hiſtor. Chriſtian. ſec. I. col. 579. & ſeqq. & Fabricii codex Apocryphus Novi Teſtamenti.* Orti fuerunt deinceps in Eccleſia ſec. II. Montaniſtæ, auctore Montano, qui cum auſterioris vitæ, ex Encratitarum placitis, obtentu de prophetico chariſmate gloriati, adventum paracleti à Domino promiſſi in ſe conſpicuum eſſe aſſerebant magis quàm in Apoſtolis, atque prophetias ſuas cum ecſtaſi & entheo furore editas pari cum verbo ſcripto loco habebant, ſuperbè ſe ſpirituales appellabant, atque Pepuzam, unde Montanus quibuſdam oriundus fuiſſe, vel ubi Priſca & Maximilla habitâſſe videntur, Heroſolymæ cœleſtis nomine inſigniebant. Quæ ad Montani defenſionem facere videri queant, *Gürtlero* notata ſunt *Theol. Prophet.* c. XXV. Sed ita tamen, ut rem in medio relinquat. *Gravis*, inquit, *hæc ſanè Montani & aſſeclarum accuſatio, quam neque refellam neque præſtabo, ſed in medio relinquo.* Sed nupertimè veterum Eccleſiæ Doctorum cauſam contra Montaniſtas eorumque defenſorem, Arnoldum, egit Rev. *Heineccius* in lib. ſchrifftmäßige Prüffung der ſo genanten neuen Propheten und ihres außerordentlichen Zuſtandes c. VI. Meſſalianos quoque ſpiritu prophetiæ elatos in mediam hominum turbam quandoque proſiliiſſe, tum miris geſticulationibus, verbis, pompâ, quaſi furore ſacro corre ptos prophetaſſe, oraſſe aſſiduò & ſomniis deditos τας των ονειρων φαντασιας ενθουσιασμων vocaſſe notat *Hoornbeck. lib VI. de Enthuſ. & Libert.*

Libert. p. 402. Mahummedem deinceps, nequissimum impostorem, fictis, quas per Angelum Gabrielem ad se deferri improbè mentiebatur epilepticus, revelationibus sua deliria orbi proposuisse atque novam religionem olim & adhuc dum latissimè patentem condidisse notius est, quàm ut referri opus sit.

§. V.

Etiam deinceps, invalescente in Ecclesia corruptione frequentes jactatæ fuerunt revelationis.

Quam frequenter porrò in Ecclesia divinæ revelationes, Christi, B. Virginis, Angelorum, Sanctorum apparitiones & colloquia jactata fuerint, leviter etiam in historia versatus ignorare nequit. Quò magis scripturæ lux tenebris involuta fuit, eò magis revelationes, visiones &c. increbuerunt. Solis splendore orbem illustrante evanescunt ignes erratici; tenebris sepulto collucent. Plura apparitionum sanctorum exempla producit *Delrio disquis. mag. lib. II. quæst. XXVI. Sect. 5.* & *lib. IV. c. I. quæst. III. Sect. 4. 5.* Angelæ, Brigittæ Suecicæ, Gertrudis, Hildegardis, Elisabethæ Schonaugiensis, Catharinæ Senensis revelationum meminit; fraudis tamen etiam instructæ mentionem facit *lib. IV. c. 1. q. 3. Sect. 3* & *Sect. 4.* horrendam deceptionem a 1509. Bernæ in Helvetia à Dominicanis factam refert. Gregorius XI., referente Spanhemio ex Joh. Gersone in libr. de examine Doctrinarum part. II. Consid. 3. moriturus monuisse fertur, *ut caverent ab hominibus, sive viris sive mulieribus, sub specie religionis loquentibus visiones capitis sui, quia per tales ipse seductus, dimisso suorum rationabili consilio, se traxerat & Ecclesiam ad discrimen schismatis imminentis.* Subinde etiam contrariæ fuerunt revelationes, quales Brigitta & Catharina Senensis habebant de conceptione B. virginis, num in peccato originali concepta fuerit, nec ne. Ultimum prior, primum altera per revelationem

lationem edoctã se esse dicebat, quarum revelationum altera, cum contradictoria simul vera esse nequeant, falsa esse debuit, agnoscente *Trithemio in Annal. Hirsaugiensibus. Tom. II. p. 256.* Nempe quoties nova dogmata, superstitiones &c. confirmanda erant, hæc in subsidium vocata fuere præsidia. Vel unicum nobis de purgatorio igne exemplum sufficiat, de quo *Spanhem. Hist. Christ. Sec. VII. col. 1178. Sic paulatim Monachi introducere doctrinam de purgatorio, fundamentum omnium fabellarum, & superstitionum, cum primis Missarum pro defunctis, quæ mirè hoc seculo frequentatæ. Et quia nullum ipsis præsidium erat in Scriptura S. aut genuina Antiquitate, hinc refugium ad visiones, somnia, raptus, narrationes à mortuis suscitatorum, quibus illi rudi plebeculæ aut recenti à pagana superstitione faciles imposuere. Testis sit Beda, clarus jam sub finem Sec. VII. in historia Anglo-Saxonica. Talis illa visio Furfæi monachi Benedictini &c. similis visio Drithelmi cujusdam Nordanhumbrensis &c. His fabellis crevit opinio purgatorii & media superstitiosa pro expiandis peccatis defunctorum.*

§. VI.

Post reformationem revelationum privatarum Spiritus magis adhuc sese exserere cœpit.

Sed post exortam, in reformatione, Evangelii lucem, super candelabrum positâ verbi divini lucernâ, ad splendorem solis justitiæ ubertim nunc iterum Ecclesiæ illatum evanuisse crederes tenebricosas faces; verùm tantum illud abest, ut potiùs eo tempore ingentia horum hominum, qui revelationes, visiones, somnia &c. jactabant, agmina varias terræ partes pervaserint, iis præsertim in locis, in quibus Evangelii libertas introducta fuerat, omnia miscere, turbare satagentium, ita ut reformationi haud parva invidia per Spiritus turbulentos excitata fuerit. Lutheri tempore jam in variis Germaniæ partibus invalescebant, atque novis, speciosis

cioſis partim, dogmatis ad res novas moliendum propenſos ſeditioſorum animos impellebant. Memorabilia ſunt *Lutheri* verba *in Gen. c. 40. Fanatici cum ſuis ſomniis alii aliò me impellere conabantur, ac ſi quoslibet audiviſſem, profectò tricies aut quadragies genus doctrinæ mutandum fuiſſet. Cùm verò repudiarem omnes, clamabant me eſſe pertinacem & capitoſum ac miſſum me faciebant. Ideò nihil moror viſiones & ſomnia & quanquam videntur ſignificantia, tamen contemno & ſum contentus certo ſenſu & fide Scripturæ Sanctæ.* Prolixiùs hunc & alium quendam Lutheri locum de viſionum & apparitionum materia, digniſſimos lectu, producit *Wittius Miſc. l. I. c. 24. §. 26.*

§. VIII.

Nempe ad annum clɔ Iɔ XXI, quo primum cœpit ſe θεαλριζειν & orbi Europæo inferre, iſtius ſectæ incunabula refert *Frid. Spanhem. in diatribe hiſtorica de origine, progreſſu, ſectis & nominibus Anabaptiſtarum*, quæ annexa eſt *Cloppenburgii Gangr. Theol. Anabaptiſt.* Id verò arrogantes & turbulenti homines, ſuæ pariter & alienæ quietis impatientes, agebant, ut novam planè rerum faciem, ſcil. miram & lethalem Eccleſiæ & Reipublicæ confuſionem, introducerent. *Quo nomine cruda Principum imperia traducta, expilationes objectæ, libertas ſub regno Chriſti omnibus parta jactata, nec tantùm de Pontificis Romani tyrannide*, verùm etiã ηττημασι *multis à primis Reformatoribus in Eccleſia toleratis querelæ inſtitutæ, & ſic duæ ordinis publici columnæ violatæ, Magiſtratûs dignitas & miniſterii ſacri reverentia ac utriuſque authoritas.* Quanta verò clades Evangelio & reformationi hoc modo illata fuerit, de eo *Spanhemius* ita fatur. *Quùm Satan hac ratione non renaſcentem ſolùm Eccleſiam ſcindere ejuſque faciem fœdare, verùm etiam re-*

Initium refertur ad a. 1521, qua ratione Reformationi magna invidia creata fuit.

formationem templi Dei recens institutam exosam potestatibus reddere conatus esset, quasi eâ debitum principibus jus in subditos abrogaretur & novum Evangelium ad turbas tantùm præiret & seductiones, dici non potest, in quod sanctum illud reformationis Ecclesiarum opus odium adductum fuerit apud homines veteri superstitioni adhuc affixos. Nec enim tumultus isti suis authoribus, paucis videlicet hominum seditiosorum capitibus, sed ipsi doctrinæ Evangelicæ & omnibus ejus Doctoribus imputari cœpere; Idque tantò magis, quòd novi isti Anabaptistarum Patriarchæ familiares antea iis fuissent, quorum opera Deus in reformanda domo sua usus fuerat, & Lutherum in eadem secum sententia esse jactarent. Huc accedit, quòd concitata ab iis plebs se Evangelio nomen dare, solique Scripturæ Sacræ hærere, & libertatem conscientiarum armis vindicare velle videretur.

§. VIII.

Magna verò pietatis species pretexta fuit.

Quanta verò cum pietatis specie, quod olim etiam fecerant Montanistæ & fere omnes hæretici facere solent, ut incautis obrepant & præsertim vulgi, quod externam asceticam stupet, favorem sibi concilient, rem suam promovere studuerint, idem nobis loquatur Spanhemius. *Et ut altiùs plebis animos subiret novitiæ istius Ecclesiæ, quam hi Doctores è ruderibus excitatam volebant, ardor, praxin pietatis ipsi præ se ferre & inculcare aliis studio habebant. Hinc & publicarum concionum & privatorum congressuum themata ordinaria erant, detestandum esse peccatum, carnem macerandam, excitandum Spiritum, charitatis officia exercenda, crucem Domini ferendam, jejuniis vacandum, vestitu tenui, victu modico, cultu corporis ad neglectum potiùs quàm ad elegantiam composito & parcis admodum verbis utendum esse. Satis verò dici nequit, quantum hac κυβεια humani*

humani generis hostis se in angelum lucis formando & βαθη sua occultando promoverit, & quàm obnoxios sibi reddiderint homines etiam non malos novi isti Evangelistæ, ficto illo pietatis & sanctitatis schemate.

§. IX.

Quàm frequentes verò apud istud hominum genus divinæ revelationes fuerint jactatæ, similiter ex Spanhemio discimus. *Et cum in scripto Dei verbo nullum erroribus & turbis à se concitatis præsidium reperirent, ad novas se & furores suos tuendi artes confugiunt, Enthusiasmos & inspirationes secretas jactant, & passim incautæ ac sibi obnoxiæ plebi inculcant, hominem vivere in omni verbo, quod procedit ex ore Dei, adeoque non ex libris tantum & scriptis sapiendum esse, sed operam dandam, ut ex præscripto Apostoli prophetent omnes. Hinc promiscuè quivis fermè salsamentarius spiritum jactare, revelationes fingere, enthusiasmos Storchi & Münceri exemplo comminisci, cathedram cerdonibus & κυμινοπριταις aperire, & quicquid splendidorum delirorum dictasset ulli μεθοδεια της πλανης, pro Dei verbo, extra & contra scriptum Dei verbum obtrudere, conciones publicas Evangelicorum sugillare, in fidem Lutheranam quasi bonis operibus vacuam invehi, quædam dogmata & mysteria sua non nisi apud sacrorum suorum candidatos proferre, circa alia, sepiarum instar, atramentum spargere, ne pervideri possent, miris artibus se in domos & familias illatebrare, conventicula in abstrusis angulis cogere, se ad egenos potissimùm & abjectæ sortis homines submissos profiteri, & omnis generis strophis animos hominum credulorum invadere & dementare.* Quàm latè verò ea tempestate sese per Helvetiam, varias Germaniæ partes, Belgium, diffuderit Enthusiasmus, ex *Sleidano* aliisque cognosci potest.

Frequens valde illis temporibus fuit enthusiasmus.

Nota sunt Münceri, Storchi, Pfeifferi, Hubmeieri, Hoffmanni, Monasterienſium aliorumque, qui magno fervore illud agebant, ut ſectarios haberent, nomina.

§. X.

Sed & turbulentus & ſanguinarius.

Sed etiam quàm turbulentus fuerit ille enthuſiaſmus, quos motus excitaverint vertiginoſi homines & quàm enormia deſignaverint ſcelera, hiſtoriæ, quæ in omnium manibus ſunt, non minùs loquuntur. Nihil hîc dicam de Munceri motibus, ſeditionibus paſſim coortis, in Helvetia, Germania, Belgio excitatis tumultibus, Monaſterienſium furoribus; Unum tantùm, ſed tragicum admodum exemplum, quod de *Thoma Schukero* narratur & in Fano Galli a. 1527. contigit, apponimus. Ille „ con„ fertâ id genus hominum concione aliquando coacta ra„ ptum & inſpirationem cœleſtem mentitus, fratre Leo„ nardo Schukero in genua procumbere juſſo, gladium „ petit. Rogatus à patre & matre aliisque adſtantibus, „ quid ſibi vellet iſto apparatu, reſpondit; bono animo „ eſſent, nihil ſe facturum, niſi quod à Patre cœleſti ſibi „ revelatum foret. Omnium animis ad novum ſpectacu„ lum erectis inſanus iſte Propheta ſtricto enſe fratris caput „ à trunco uno ictu reciſum in terram provolvit & ingen„ tem adſtantibus terrorem incuſſit, parentibus verò ſuis „ cordolium altum expreſſit & multos gemitus. A Ma„ giſtratu ob immane iſtud fratricidium comprehenſus „ condignas ſcelere ſuo pœnas dedit, nullâ tamen flagitii „ admiſſi pœnitentia ductus, ſed in pegmate adhuc pro„ feſſus hanc DEI voluntatem ſibi cœlitus revelatam „ fuiſſe.

§. XI.

Quâ viâ ad enthuſiaſmum

Imò non tantùm ſuos enthuſiaſmos & revelationes privatas

privatas commendabant, sed & methodum sibi servatam, *perveniri possit.*
quâ ad eas perveniri posset, præscribebant, uti *Hoornbeckius ex Chemnitii loc. com. part. 1. de lib. arbitr. c. VIII.*
Münceri talem methodum proponit. 1. „ Ponit ante auditum verbi præparationem seu dispositionem per mortificationem, illam vocat **Entgröbung.** 2. **Studierung**/ legere, audire verbum. 3. **Verwunderung**/ id est, dubitare, an verum sit, quod in verbo legis & audis, & petere talem sensibilem revelationem, ut nihil dubitationis vel diffidentiæ reliquum sit. Et quidem ita orare jussit suos auditores, exspuentes in cœlum; **Vatter gib mir ins Hertz die ausgestreckte Lust zu deiner Gerechtigkeit/ wo nicht/ so wil ich dich und alle deine Apostel verleugnen.** 4. **Die lange weil**/ quando adhuc cum peccato pugnandum est. 5. **Besprengung**/ id est, in revelatione per vivam vocem Dei eruduntur, **und kompt der Besitzer in das inwendigest/ und gibt ins Hertz ein gewiß Urtheil von allen Dingen/ und wird also der Mensch den Creaturen entrissen.** „ Quæ confirmat *Sleidan. comment. de stat. relig. & Reip.* lib. V. p. 117. quando Münceri hanc methodum proponit. „ Eam (salutem) autem ut consequamur, „ ajebat omnium primò fugienda esse manifesta flagitia, „ cædem, adulterium, contumeliam nominis divini, castigandum esse corpus & macerandum jejuniis ac vestitu simplici, componendum esse vultum ad austeritatem, „ rarò loquendum & alendam barbam. Hæc & id genus alia vocabat & carnis mortificationem atque disciplinam. Ad hunc modum instructis atque paratis dicebat aliquò semigrandum extra turbam hominumque „ frequentiam, ac sæpius cogitandum de Deo, qui sit, „

„ an noſtri curam aliquam gerat, an Chriſtus mortem „ noſtri cauſa pertulerit, an religio noſtra ſit præferenda „ Turcicæ: poſtulandum etiam à Deo ſignum, quo teſte„ tur nos ipſi eſſe curæ & veræ religioni inſiſtere: quòd ſi „ non è veſtigio ſignum aliquod edat, nihilo tamen minus „ progrediendum & inſtandum eſſe precibus, imò gravi„ ter expoſtulandum, quaſi minus rectè nobiſcum agat: „ quùm enim ſcriptura promittat eum velle, quæ petun„ tur, largiri, non juſtè fieri, quòd homini, veram ipſi„ us cognitionem petenti, nullum exhibeat ſignum: hanc „ expoſtulationem & iram ajebat vehementer gratam eſſe „ Deo, quod animi noſtri propenſionem & ardorem ex „ eo perſpiceret; neque dubium eſſe, quin ad eum mo„ dum ſolicitatus aliquo ſigno conſpicuo ſeſe declaret, „ animique ſitim reſtinguat & nobiſcum agat, ut quon„ dam cum patribus. „ Non lubet nunc ſpeciatim addere, quid in hiſce probandum, quid improbandum ſit, tantum apponimus, quid Lutherus de ſigno petendo judicaverit Tom. IX, 611. a. **Der Teuffel hat mich offtmals verſuchet / wie auch** *Auguſtinum*, **daß ich ſolte ein Zeichen begehren von GOtt; aber das ſey ferne von mir / daß ich dem ſolte raum geben und folgen.** Plura eorum, qui revelationes privatas ſibi contigiſſe aſſeverarunt, exempla ſi quis velit, adire poterit *Witſium lib. I. miſcell. c. 24. Gürtl. Theol. Profet. c. XXV.* & præſertim *Voetium in ſelect. diſpp. Theol. part. II. diſp. 67. à p. 1059. usque ad p. 1084.*

§. XII.

Inquiritur in cauſas adventûs falſorum Prophetarum atque hîc quidĕ Deus O. M.

Cùm itaque falſorum Prophetarum tantus, ſi retrò per ſecula eas, numerus fuerit, meritò quis in cauſas, undenam illud fiat factumve fuerit, inquirat. Atque hîc quidem

quidem quod DEUM attinet, illo authore non veniunt Jer. XXIII, 20, 21. *Tandem animadvertetis hoc animadversione me non mittente Prophetas istos, ipsos cucurrisse, me non alloquente ipsos prophetasse ipsos* & v. 12. *Ecce me contra Prophetas prophetantes somnia falsa, dictum Jehovæ, qui enarrantes ea seducunt populum meum falsitatibus suis & rapiditate sua, cùm ego non miserim eos neque præceperim eis, & omninò non prosunt populo huic, dictum Jehovæ.* Hinc Deus ipsos, si ad idololatriam abducere tentent, graviter puniri Deut. XIII, 1 - Christus verò caveri voluit Matth. VII, 15. Interim tamen Deus tales venire permittit 1. Reg. XXII, 22. propter sanctissimos fines, licèt non semper nobis cognitos. Scripturâ tamen præeunte dicere possumus fieri (1) ad tentationem. *Quum surgens in medio tui -- ne auscultate verbis Prophetæ istius aut isti somnianti somnium, quia tentat Jehova Deus vester vos ad cognoscendum, an sitis amantes Dei vestri ex toto corde vestro & ex toto animo vestro*, Deut. XIII, 1 - Quum enim Deus multis aliis modis fideles & sæpe etiam à Diabolo tentari permittat Matth VI, 12. 1. Chron. XXI, 1. 2. Cor. XI, 2 - 4. 13, 14. Eph. VI, 11-17, Apoc. II, 24. quidni idem etiam per falsos Prophetas fieri posset? Etiam hîc viæ Dei, in quibus suos electos ducit, profundæ sunt & imperscrutabiles. Quemadmodum verò Israëlitæ, quando de falsis Prophetis, ne iis fidem adhiberent, monebantur, de Deo vero ejusque cultu sufficienter instructi erant, ut sibi cavere possent, sic etiam postea fidelibus in Verbo satis prospectum est, ut contra omnem eorum πιθανολογιαν, seducendi vim atque signa mendacii munire sese queant; & frequenter moniti sunt, ne ab illis seduci sese patiantur; atque Deus gratiâ suâ fideles sustentat, potentiam suam in ipsorum infirmitate perficit, ut etiam hæc tentatio non sit supra ipsorum vires.

nullo modo causa est; quanquam tamen eos venire permittat.

Matth.

Matth. XXIV, 24. 1. Cor X, 13. (2) ad pœnam impiorum verbo prophetisque Dei contumaciter resistentium 1. Reg. XXII. 19-22. *Propterea audi verbum Jehovæ; vidi Jehovam insidentem solio suo-- ubi dicente Jehova, quis pellicet Achabum, ut ascendat & corruat apud Romothas Gilhadis-- tum dixit Jehova, pellicies etiamque prævalebis, exi & fac ita.* Quis non videt seductionem illam à Deo fuisse permissam, ut Achabus in prælio cadens justam peccatorum retributionem acciperet & verbum DEI impleretur. 1. Reg. XXII, 38. Sic justo judicio Deus excitari à Diabolo permisit falsos prophetas, imminente excidio Hierosolymæ & abductione populi in captivitatem, à quibus populus pœnitere & flecti nescius seductus fuit, ut ruerent in illud exitium, quod toties totiesque à Deo moniti prævertere noluerant. Idem etiam ante ultimum excidium Hierosolymitanum factum fuisse suprà §. 3. ex Josepho vidimus. (3) ad indurationem eorum, qui verbo veritatis morem gerere pertinaciter detrectant. Exod. VII, 11-13. 22, 23. VIII, 7. 2. Thess. II, 9-12.

§. XIII.

Sathanas in falsis revelationibus proferendis occupatus est, ut sibi divinos honores quærat.

Sathanas verò est, qui in falsis apparitionibus, oraculis, inspirationibus exhibendis, suggerendis & persuadendis operam impendit, non quidem ac si immediatè omnium falsarum prophetiarum aut aliquibus persuasorum enthusiasmorum auctor sit, sed quatenus vaferrimus & malignus hostis, qui habet μεθοδειας της πλανης Eph. VI, 11. atque βαθη Apoc. II, 24. sæpiùs sese apertiùs, occultiùs miscet, atque hominibus illudit. Ita enim amat mortales ludibrio habere, eosque, si quâ potest, in errores, vitia, exitium præcipitare, ad superstitiones atque præcipitia abducere, nunc vanis promissionibus lactare, nunc atrocibus commi-

comminationibus perterrefacere atque miseris hominibus imponere seductor. Facit verò illud (1) ut hac ratione sibi divinos honores atque cultum arroget, ac si futura prædicendi, res hujus mundi moderandi, bona tribuendi, mala averruncandi potestatem habeat, in quibus tamen omnibus spiritus nequam turpiter imponit, nam nec futura contingentia verè aut certò prædicere potest, aut, si in uno verum prædicat, in aliis fallit, & in æquivocationibus ludit; nec quicquam boni ab eo esse potest, qui κατ εξοχην est ο πονηρος; nec malum ab homine arcet venenatus serpens, juratus & nocendi cupidissimus generis humani hostis, הַשָּׂטָן, nisi ut in aliud longè gravius præcipitet. Arrogantissimum verò spiritum, Dei æmulum, omniaque, quæ Dei sunt, ad se rapere molientem illud omni modo quærere, ut divini sibi honores deferantur, dubitare non possumus, nam & in se est superbus, τυφωθεις 1. Tim. III, 6. atque ministros suos superbiâ inflat Esa. XIV. Ezech. XXVIII. Act. VIII. 2. Thess. II. & in gentilium oraculis atque idololatrico cultu tanquam θεος τε αιωνος τετε 2. Cor. IV, 4. divinos honores affactavit & obtinuit. *Quæ enim gentes immolant, dæmoniis immolant & non Deo; nolim autem vos consortes dæmoniorum esse; non potestis mensæ Domini participes esse & mensæ dæmoniorum.* 1. Cor. X, 20, 21. Imò ipsum Dei filium impudentissimè ad sui adorationem solicitavit. Matth. IV, 8, 9. Plura alia, recentia etiam partim exempla, ex quibus summa Diaboli divinos affectantis honores arrogantia conspici potest, mittimus.

§. XIV.

Sed insuper (2) Diabolus falsarum revelationum scenam instruere potest eo fine, ut divinæ revelationis fidem *Et veram atque divinam revelationem*

suspectam reddat homines-que seducat,

atque Spiritûs S. donorum in Ecclesiam effusorum historiam ac veritatem dubiam reddat. Hoc jam olim per falsos Prophetas, oracula atque varias illusiones intendit 1. Reg. XXII. Act. VIII. & XIII. Quemadmodum enim Spinozæ & ejusdem furfuris aliis, ut authoritatem prophetiarum convelleret, nihil eas esse nisi validam phantasiæ impressionem persuasit; sic quidni contrariâ viâ, spurias revelationes, quæ deinde falsæ esse comperiantur, suggerendo, id intendere posset, ut omnes pro suspectis & falsis habeantur. An non enim homines profani, εμπαικται, Athei, quando tam varias in mundo circumferri revelationes, atque eas omnes sub divinæ originis προφασει commendari vident, in stulta & impia sua opinione se obfirmabunt, ut, cùm ad criteria veræ revelationis attendere nolint & veram ex falsarum insipientia, superstitione, falsitate & nugacitate judicent, nullam in mundo dari divinam revelationem credant, sed hunc tantùm esse Politicorum astum & sacerdotum κυβειαν, qui ut vulgus sibi obnoxium habeant, abjectis animabus superstitiosæque plebi ita persuaserint, quæ ipsi emunctiorum scil. narium & reconditioris sapientiæ mystæ alto supercilio despiciant & albis dentibus irrideant. Talia profectò monstra seculum nostrum alere ex religionis contemptu, licentiosissima multorum vita & profanis sermonibus concludere licet. Procul dubio enim omnes machinas eò convertit hostis, ut verbum Dei, quod est gladius Spiritûs ad retundenda ejus tela, hominibus eripiat. Matth. XIII, 19. Aut an non infirmæ & αστηρικτοι mentes, quando tam varias in mundo laudari audiunt revelationes, in fluctuationem incidere possunt? & qui falsis revelationibus adhærent, an non eo ipso à vera, ne eam recipiant, abstrahuntur? scilicet de Deo dubitationes

& flu-

& fluctuationes verisimilibus rationibus prolicere, revelationem veram de falsitate suspectam reddere, atque suum illi verbum substituere & commendare, vel novum de suo fingendi licentiam ostendere, aut nullo Dei verbo opus esse suadere, atque suo omnia sensu metiri & ex se sapere justum esse, verbum Dei pro fabellis traducere, argutis cavillis sensum ejus enervare, sophisticis glossis corrumpere, hoc Satanæ opus, hic labor est, cui indefessus insudat. Hoc Satanas nunc occultiùs, nunc apertiùs, nunc remissiùs, nunc fortiùs, nunc crassiùs, nunc subtiliùs agit, prout vel solutus vel ligatus est, vel adjutores vel adversarios nactus fuit, prout vel minor vel major in Ecclesia lux fulget, & prout sibi expedire maximè putat conf. *Heid. de orig. erroris lib. II. c. 6.* Porrò (3) falsas revelationes in medium produxit ὁ πλανων Apoc. XII, 9. ut sic miseros mortales juxta voluntatem suam captivos ducat, intellectum tenebris circumfundat, in errores, superstitiones inducat; nam sicut à vera & divina revelatione unicè vera religio pendet, ita à falsa & Sathanica omnis superstitio; ulteriùs ut homines in idololatriam ac vitia præcipitet, in deliria & furores agat, ad impia & nefaria ausa exstimulet.

§. XV.

Tragica horum omnium exempla ex historiis peti facilè possunt. Diabolum enim per falsas revelationes, ingestiones, oracula atque interiorem quandam, nescio quam, ἐνεργειαν hominibus illusisse certum est. Illius tragœdiæ initium fecit in paradiso Gen. III. atque eandem deinceps cum plurimarum animarum strage sæpiùs repetiit. Ipsa scriptura falsorum Achabi prophetarum instinctum & φορὰν attribuit spiritui impuro. 1. Reg. XXII Zach. XIII, 2. propheta & spiritus impurus conjunguntur, quoniam in

Quod exemplis confirmatur.

Pseudo-Prophetis agunt spiritus impuri. Act. VIII. Simon Magus & Act. XIII. Elymas, quem Paulus filium Diaboli appellat, pervertentem vias DEI rectas, occurrit, quos cum diabolo collusisse satis patet. Act. XVI, 16-18 clarissimum habemus exemplum ancillæ habentis spiritum Pythonis. *Factum est autem, proficiscentibus nobis ad precationem, ut ancillula quædam, habens Spiritum Pythonis, occurreret nobis, quæ quæstum magnum præbebat Dominis suis vaticinando. Hæc subsequuta Paulum ac nos clamabat, dicens; isti homines servi Dei illius altissimi sunt, qui annunciant vobis viam salutis. Hoc autem fecit ad multos dies: sed molestè ferens Paulus & sese convertens spiritui illi dixit, mando tibi per nomen Jesu Christi, ut exeas ab ea. Exiit igitur eodem illo momento.* Quid verò illo testimonio veritati perhibito Diabolus intenderit, an vis veritatis expresserit, an Apostolos commercii cum spiritibus impuris suspectos reddere, quâ blasphemia antè Primores Judæorum Christum oneraverant, an sibi hac ratione, tanquam qui veritatem loqueretur, authoritatem conciliare, an denique persecutionem contra Apostolos, uti etiam factum fuit, excitare voluerit, dicere non habemus. Hoc satis certum, quod veritatem Evangelii de Jesu, cui testimonium dabat Diabolus, acerrimo odio insectetur. Nec in historia profana eorum desunt exempla, quos Diabolus agitavit, quibus inspirationes injecit, & per quos oracula edidit. Consulantur authores, qui de hac materia scripserunt, Peucerus, Delrio, alii. Hûc referuntur oracula gentilium; videatur *Knibbe in hist. Proph. lib. IV. c. 5.* **ob der Teuffel auch in denen Heydnischen so genanten Gottes-Sprachen gewürcket habe? und wie er zukünfftige Dinge offenbahren können?** Apollonii Thyanei

Thyanei incantatoris famosissimi vulgò notum est exemplum. Ex recentiori historia nobis Sleidanus unum exhibet Comment. lib. X. p. 271. de duabus puellis pythonissis Monasterii existentibus. *Ad hoc tempus primi nominis apud ipsos Propheta (nam hoc sibi nomen usurpant) Johannes Matthæus mandabat, ut, quod quisque haberet auri, argenti, rei mobilis, id omne deferret in medium, capitis propositâ pœnâ, & in hunc usum publica fuit constituta domus.* „Hac edicti severitate populus valde attonitus obtem-„perabat; nec integrum erat cuiquam fallere aut partem „aliquam defraudare, nam puellæ quædam duæ vaticinan-„tes, quod commissum esset fraudis, denunciabant.„ En, „quomodo Diabolus, ut omnia majorem haberent speciem reductæ Ecclesiæ primitivæ, illud quoque imitatus fuerit, quod legimus Act. V, 3, 4, 7-9. Recentissimum sartoris cujusdam Berolinensis exemplum infrà citatum legi potest.

§. XVI.

Nec tamen omnia Diabolo immediatè adscribenda sunt, sed in homine etiam causa quædam falsarum revelationum esse possunt, quales sunt fraus, quod in exemplis ostenditur.

Nec tamen ea, quæ de ludificationibus Diaboli, falsis enthusiasmis aut apparitionibus homines dementantis, dicta fuerunt, ita accipi volumus, ac si omnia ipsi soli aut ejus immediatæ operationi adscriberemus, sed aliæ etiam causæ partim voluntariæ, partim involuntariæ & naturales subesse possunt, ex quibus nonnulli raptus, apparitiones, inspirationes divinas de se credi voluerint. An non enim mera subinde fraus hîc latere potest, quâ homines astuti & ad fallendum instructi sive ex ambitione sive ex lucri cupiditate aliis fucum facere quærant? Gravissimum procul dubio scelus, Dei nomen obtendere fraudi, & ut aliorum credulitatem fallas, divina abuti auctoritate. Sed quid tandem non audet homo, Numinis excusso timore? Prostant in historia penè multa eorum exempla, qui datâ

operâ fraudem ſtruxerunt. Quid aliud erat quàm aſtus politicus & turpiſſima fraus, quando olim gentilium Legumlatores cum Diis aut Deabus colloquia fingentes ſibi legibusque authoritatem apud imperitam plebem conciliare ſtudebant? Fraudem ſacerdotum in oraculorum reſponſis ſæpe interveniſſe haud vanè creditur, imò ſunt, qui meras aliorum credulitati inſidiantium offucias fuiſſe putent, quibus tamen rectiùs alii contradicunt. Quicquid ſit, dolus aliquando non abfuit. Pythia φιλιππιζειν dicebatur. Quis ignorat Mahummedem, turpiſſimum impoſtorem, revelationes per Angelum Gabrielem ad ſe deferri mentientem, quo an unquam ſub ſole major fuerit, dubitare meritò licet. Succeſſu ſaltem parem non habuit. Qui Judæis ſub Adriano illuſit Bar-chochab, alluſione nominis ad vaticinium Bileami de ſtella ex Jacobo oritura Num. XXIV, 17. merus fuit impoſtor, ſe Meſſiam inſtauratorem regni, à Prophetis prænunciatum dicens, hinc & ſtipulam in ore accenſam anhelitu ventilabat, ut ignes evomere videretur. Ante reformationem revelationum falsò jactatarum fraudes quoque ſtructas fuiſſe Pontificii ipſi non diffitentur. *Trithemius Annal. Tom. II. ad a. 1476.* Johannis cujusdam de Niclaushauſen meminit, qui revelationes à Maria virgine ſibi factas mentitus, dein in examine omnia ficta fuiſſe, falſa & ementita confeſſus fuerit & Monachum quendam vagum, mendicum & verſipellem omnia excogitaviſſe libera voce dixerit. Dominicanorum Bernenſium paulò ante reformationem horrenda fraus ex actis publicis nota eſt. Et in Monaſterienſium Anabaptiſtarum hiſtoria talia referuntur, ut anteſignanos ab omni fraude immunes fuiſſe credere non poſſimus. Ut alia prætereamus, quid niſi turpem & riſu dignam fraudem eſſe dixeris, quando, magnificè promiſſa

ad ſe,

ad festum paschatis liberatione non apparente, *Rex, ut ad excusationem aliquid inveniret, per sex dies ægritudinem simulat; post in forum prodit & asino cæco se insedisse totiusque multitudinis peccata sibi patrem imposuisse dicebat: nunc igitur ipsos planè esse mundos & ab omni piaculo solutos; hanc illam esse, quam promiserit liberationem, quâ quidem debeant esse contenti. Sleid. Comment lib. X. p. 278.*

§. XVII.

Ipsa Scriptura exempla fraudis suppeditat.

In ipsa quoque scriptura non desunt eorum exempla, qui sive merâ tantùm fraude & mendacio, sive co operante dæmone, divinam sibi operationem aut revelationem tribuere ausi fuerunt. Eò forte referas, collatis quæ de Simone Mago legimus Act. VIII. Jannem & Jambrem, quos suis præstigiis restitisse veritati disertè Apostolus ait 2. Tim. III, 8. Conscii præstigiarum id per fraudem Diabolicam datâ operâ agebant, ut à veritate Regem cum suis averterent. Nec à præmeditata fraude & malitia immunis videtur falsus Propheta, qui בזדון fuerit locutus. Deut. XVIII, 20-22. Coccejus illud בזדון vertit, mit Willen / muthwilliglich) & ℣. 20. אשר יזיד לדבר דבר *qui aeditâ operâ*, per malitiam, *locutus fuerit.* Et quam fraudem falsò objiciebat Sanballat Nehemiæ Neh. VI, 3-7. ejus ipse & Tobia contra Nehemiam reus erat ℣. 8, 9. atque Semajam conduxerant pro pecunia, ut contra Nehemiam prophetaret ℣. 12. 13. *Tunc cognovi, quòd ecce nequaquam miserat eum Deus, sed istam prophetiam indixerat mihi, quia Tobija & Sanballat mercede conduxerant eum, ut conductitius esset, ut timens & ita faciens peccarem.* Porrò a fraude immunes non fuisse videntur, de quibus Mich. II, 11. *Si vir ventosus & falsus mentiatur, dicens, stillabo tibi pro vino aut pro potu inebriante, is stillator est populi hujus &*

c. III. 11. *Quorum primores munere judicant, & quorum Sacerdotes pretio docent, & quorum Prophetæ pecuniâ divinant.* confer. Ezech. XIII. per totum caput de falsis Prophetis & Prophetissis, quando dicuntur *prophetare ex animo suo* ℣. 2. *sequi spiritum suum* ℣. 3. *videre vanitatem & divinationem mendacii* ℣. 6. *inepto tentorio obducere parietem luteum, quem alius struxerit* ℣. 10. *consuere pulvillos pro omnibus axillis brachiorum populi & parare consibulas pro capite cujusque staturæ ad venandum animas* ℣. 18. *profanare Deum apud populum pro pugillis hordei & frustulis panis* ℣. 19. quæ absque dolo & meditata fraude vix videntur fieri potuisse. Et denique Paulus Pseudo-Apostolis manifestè tribuit dolos. 2. Cor XI, 10. 11. *nam istiusmodi Pseudo-Apostoli operarii dolosi sunt, transfigurantes se in Apostolos Christi; neque id mirum; ipse enim Satanas se transfigurat in angelum lucis, non magnum est igitur, si etiam ejus ministri transfigurant se tanquam sint administri justitiæ, quorum finis erit secundum opera ipsorum.* Hi verò Pseudo-Apostoli revelationes finxisse quoque videntur, contra quos Paulus Apostolatus sui auctoritatem tam solicitè adstruere ac revelationes adeò sublimes sibi factas commemorare necesse habebat. Adde 2. Tim. III, 1-9. & quæ 1. Tim. IV, 1, 2. de πνευμασι πλανοις καὶ διδασκαλιαις δαιμονιων εν υποκρισει ψευδολογων leguntur.

§. XVIII.

Sed contingere etiam potest, ut decepti prius per propria phantasmata alios iterum decipiant.

Sed nec illud volumus, ac si omnes, qui revelationes immediatas præ se ferunt, datâ operâ & scienter alios fallere intenderent. Haud rarò enim contingit, ut priùs ipsi decipiantur, qui alios decipiunt. An non enim fieri posset, ut homines, in quibus atra bilis prædominatur, & qui solitudinis amantes suis imaginationibus indulgent, incidant in tam

in tam profundas, fixas cogitationes, ut in ecstasin quandam naturalem rapti ea tandem phantasmata, quæ, vaga primùm, sæpius recurrunt atque figuntur, pro divinis revelationibus exosculentur. Præsertim si fortè tales, rerum novarum avidi, ad ordinaria gratiæ media & communia dona nauseent, & spirituali quâdam superbiâ afflati se suaque dona admirentur, inque suis speculationibus sese oblectent, extraordinaria appetant, atque omnibus fortè quibusdam suis aut somniis, quæ captare solent, eventum aliquando casu respondisse contigerit, fieri potest, ut ejusmodi homines ea, quæ ex vehemente fixaque imaginatione secundùm ordinarium naturæ cursum fiunt, ab extraordinaria Spiritûs S. operatione proficisci sibi persuadeant, nec ab ea persuasione, cùm melancholici suarum opinionum tenacissimi sint, avelli se patiantur. Mira certè est imaginandi vis, quando sive ex temperamento, sive ex consuetudine, sive ex his omnibus simul aliisque causis prævalet, nec Ratio ejus phantasmatis finem aut modum ponere, claros rerum conceptus, puras, limpidas ac solidas rerum demonstrationes à tenebricosis cerebri imaginibus distinguere valet, sed magisterio excussa obscuris & confusis phantasiæ picturis, imò sæpe chimæris succumbit. Nec peregrinum hoc nobis erit, si quid temperamentum, quid phantasia corrupta in hominibus produxerit, attendatur. Si Physicorum scholas, Medicorum experientiam consulamus, talia nobis corruptæ imaginationis effectorum exempla occurrent, quæ ultra fidem fere esse videntur. Imò quantum animus fixâ rerum, quas assiduè volvit & enixè cupit, meditatione in corpus & vicissim suâ corpus dispositione in mentem valeat, cum arctissima mentem inter & corpus unio ejusque miranda,

imò ſtupenda effecta à nobis ad plenum non cognoſcantur, dici ſatis nequit. Et quid impedit, DEO permittente, quò minùs fieri poſſit, ut callidiſſimus Spiritus velut in turbido piſcaturus, qui rem ſuam ſæpe ſubdolè, occultè & in myſterio agit, fixis hujusmodi ac profundis imaginationibus ſeſe interdum immiſceat, quod *Witſii lib. 1. Miſcell. c. IX. §. 12.* verbis, quàm meis exprimere malo. *ſed & illud addo, fieri facilè poſſe, ut, divino indultu, affectibus ejusmodi abutantur dæmones, qui ad ludos hominibus faciendos, intemperiem humorum augent motumque ſpirituum animalium inordinatiùs turbant, & ex ægrorum ore vel peregrinas linguas audiri faciunt, vel arcana pronunciari, quæ, ignota hominibus, ipſis cognita eſſe poſſunt. Hæc enim ut vel prorſus contigiſſe negentur vel ad naturales cuncta referantur cauſas, ab animo meo haut impetra-vero.* Exempla ex hiſtoriis repeti poſſunt. Saltem illos, qui ſive ex cauſis naturalibus, ſive per morbum, phantaſiâ corruptâ laborant, miras ſæpe ſecum volvere cogitationes & frequentibus tentationibus obnoxios eſſe experientia ſatis confirmat.

§. XIX.

Quod ipſum etiam hominibus cætera piis accidere poſſe.

Imò ampliùs addimus, fieri poſſe, ut homines pii & DEI timentes incidant in eum ſtatum, ut validas atque altè fixas de rebus divinis & ſpiritualibus impreſſiones, quas aſſiduè volvunt & revolvunt, pro immediatis DEI revelationibus ipſi habeant & ab aliis haberi velint. Lucem his affundunt, quæ eruditè, ut reliqua, ſcripſit *Witſius lib. 1. c. IX. §. 12. imò nec hoc infiteri velim, ſi homines pii & magnam cum Deo familiaritatem exercentes hoc modo corripiantur, ſpiritu gratiæ in iis pro ſubjecti conſtitutione operante, multò vehementiores imaginationes emotionesque in*

animo

animo nasci; sic ut ipsi se rebus praesentes interesse existiment & prophetico propemodum more de iis loquantur; plurima de raptibus suis in paradisum, de consolationum suarum & divini amoris ac caelestis gloriae dulcedine narrantes, neque ferentes, ut quis morbo quodammodo imputet, quod ipsi Spiritui Sancto in solidum adscribendum esse pugnant. Quae imaginationis atque orationis vehementia sponte cessat, ubi corporis dispositio ad pristinam tranquillitatem rediit. Ad quorum confirmationem ea, quae *Spenerus Consil. Theolog. part. III. p. m. 993.* de Nobilissima Assenburgia Virgine habet, subjungimus. *Ad ea transeo, quae & aliunde hactenus mihi de Nobilissima Assenburgia domo allata & abs te confirmata sunt. Sed quàm vellem ea quoque in re certam habere πληροφοριαν. Testem si necesse sit, DEum invocare possum, quòd nemini dona caelitus data eorumque, quàm communis est, abundantiorem mensuram invideam, sed ubicunque illa deprehendo, sincerâ laetitiâ perfundar: nec offendit me, si infirmiorem sexum pro libertate sua summus rerum Arbiter praecipuè ornat, quia saepè gavisus sum, cum observavi in illo, quàm nostro, pietatis sensum teneriorem: nec jus Domini in dubium revoco, quò minùs hodie aquè ac olim fecit, immediatè animabus se revelare posset, & quisquas o nisi impudentissimus id ausit? nec porrò de virginis piae sinceritate diffido, aut de dolo ullo malo suspicor, cujus omnem metum mihi tollit totius domus simplex pietas: nec in iis, quae de ipsa ab amicis communicata vel ab ipsa ad alios scripta vidi, quicquam offendi, quod sanctitatem aut veritatem divinam laederet.* Cùm verò non minoris periculi sit, fidem tanquam divinae revelationi adhibere, quae non est; quàm illi, quae vera est, eandem derogare, quid statuam mecum, hactenus luctatus sum nec tamen

men eluctatus. Cùm verò περι τȣ θειȣ Te tuamque pientissimam Johannam credas planè convictos, scire pervelim, quibus argumentis, (hæc enim omninò infallibilia esse oportet) convicti sitis, & quid circa ea, quæ divinæ revelationi tribuuntur, observaveris, quæ natura & profundæ meditationi assueta anima, phantasiâ ludos faciente & isti imponente, ex se producere non posset. Nec enim in ficias eo, cùm quæ ipsius legi, suâ pietate & simplicitate mihi probata sint, non tamen me inveniſſe, quæ homo sacræ lectioni intentus sine ulla inspiratione, ex suo animo sacris conceptibus impleto, non æque ita concinnare posset, vel ut paucis dicam, quod divinum spiritum extraordinario modo authorem necessariò exposceret. Nec ulla ratio est, quare non etiam hominibus piis tale quid accidere possit. Neque enim per gratiam sanctificationis fiunt infallibiles, aut αναμαρτητοι, nec gratia temperamentum & corporis conditionem planè tollit, nec etiam ab omnibus tentationibus hominem immunem præstat.

§. XX.

Specialiores assignantur causæ, quâ quis in eam revelationis, imò & vocationis divinæ ad repurgandam Ecclesiam, sibi factæ præsumptionem incidere possit.

Quin accidere ad divinæ inspirationis persuasionem etiam potest divinæ & extraordinariæ vocationis præsumptio, quâ quis putet se specialiter & internè ad Ecclesiæ instaurationem vocatum esse. Equidem fieri potest, ut quis maximam seculi pravitatem atque summam illam corruptionem, quæ torrentis instar Ecclesiam inundavit, ut pauci admodum, qui à Christo nomen gerunt, Christi doctrinam ornent, atque ejus spiritum, sensum, vitam, facta atque mores referant, altiùs ad animum revocet; atque quando porrò observat paucos per ordinarium verbi ministerium Christo lucrefieri, qui abjectis mundi vanitatibus absterſisque peccati sordibus ad sanctiorem Chri-

sti

sti disciplinam formati accurato studio vitam emendent, potest fortè in eo exsurgere opinio haud sufficere, ad sanandam Ecclesiam, ordinariam mediorum salutis dispensationem, sed tum demum ei consultum iri, si Apostolica redierint tempora atque prima Ecclesiæ in varia extraordinariorum Spiritus S. donorum effusione restituatur facies, quando brevi tempore Ecclesia latissimè porrecta quàm plurimas gentes gremio suo complexa fuit. Fovetur illa opinio magis, si de Ecclesia ultimi temporis tam magnifica prædicari audiat, ut major ejus futura sit felicitas, quàm olim fuerat Ecclesiæ primitivæ; nempe olim primitias populorum fuisse adductas, restare verò plenam messem, sperati plenum Anti-Christi casum ac destructionem per spiritum oris Christi, judæos & gentiles ad Ecclesiam congregatum iri, atque fore adhuc magnam in ea lætitiam, pacem, cognitionem, sanctitatem, atque ad maxima illa DEI opera novâ, esse effusione Spiritûs S. opus, quæ uberior futura sit, quàm in initiis Ecclesiæ fuerat, ita ut tum demum plenius exhibendum sit, quod Joël. II. tam præclarè de effusione Spiritus S. promissum fuerit; quam quidem lætiotem Ecclesiæ spem, quantum ea in scripturis fundata est, nos non negamus, sed ut DEus eam accelerare atque, vulneribus Ecclesiæ sanatis, repræsentare velit, seriò ingemiscimus. Sed hæc, inquam, si quis firmiter imbiberit, atque insuper sibi persuadeat beatam illam spem esse præ foribus, auroram pulcherrimæ lucis jam albescere, amœnissimi veris primitias jam & primos flores conspici, fieri facilè potest, ut talis, si in scripturæ lectione apprimè versatus eam sibi reddiderit familiarem thesaurumque cognitionis aliquem inde congesserit, atque si præsertim Prophetarum prædictiones, visiones sibi validè, fre-

quenter & cum viva veluti in animo repræsentatione impresserit, sibi persuadeat se extraordinariorum Spiritus S. donorum participem esse factum, atque ea, quæ animus ante ex scripturæ lectione hausit atque frequenti meditatione ruminavit & forte etiam in se expertus est, nunc verò imaginatio fortis & prævalens identidem intellectui ingerit, immediatè à Deo proficiscí. Hæc inquam, si animus hisce cogitationibus vehementer & assiduè inhæreat, phantasiâ prædominante neque intellectu puro & claro omnia recte expendente, fieri possunt. Præsertim si quis insuper animo secum volvat Prophetarum & Apostolorum exempla, qui plerique fuerint ἀγράμματοι & idiotæ, & quibus tamen aliisque DEus Spiritum suum abundè largitus fuerit, atque eandem œconomiam, eandem promissionem & quidem largiori adhuc mensura redituram esse præoccupata animo opinio inhæserit. Quibus omnibus, præsertim huic, de interna extraordinariis Spiritûs donis unctione, præsumptioni si accesserit salutis proximi serium desiderium atque gloriæ DEI propagandæ ardor, fieri potest, ut quis putet se extraordinariè à DEO vocatum esse ad prædicandum Evangelium, atque designatum à DEO esse vas electum atque instrumentum, per quod DEUS simili modo, uti olim per Prophetas & Apostolos fecit, regnum Christi promovere atque gloriam nominis sui diffundere velit. Qualia quædam in nonnullorum revelationibus præsumptis observari possent, mihi videntur, quibus tamen eventus non respondit, valido contra eas & ex scripturis sacris petito argumento.

§. XXI.

Plures adhuc assignantur causæ, ex quibus

Sed non illæ unicè causæ sunt, quas §. XX. diximus, juxta quas de omnibus, qui, ex forti quidem, sed certâ

certâ veritate haud nixâ persuasione, revelationes divinas sibi tribuunt, judicari debeat. Possunt hæ, possunt etiam aliæ causæ locum habere, quæ non minùs per experientiam observatæ sunt. Potest etiam superbia quædam spiritualis, qua cum maximè homini, inquinamentis mundi abjectis pugnandum adhuc est, imò quæ ex donorum & sanctitatis præsumptione sæpe accenditur, imò & superbia carnalis, quæ plausum coram mundo quærit, potest rerum novarum aviditas, frequens plerumque iis, qui à via trita recedunt, naturalis quædam ἰδιοπροσωπωσυνη & ἰδιογνωμοσυνη, singularitatis affectatio, sectæamor, pietatis ex suo sensu formatio, minutarum observationum superstitio, σωματικης γυμνασιας studia, ignis peregrini, ex temperamento vel aliis causis, zelus, simplicis ex verbo veritatis & ἀδολε lactis nausea, verbi divini contemptus, providentiæ divinæ tentatio, animi curiositas, animus μετεωριζομενος ac sublimibus speculationibus gaudens, seque in altiora, abstrusa eaque quæ non vidimus, ingerere gestiens, propiùs DEUM, extra verbi speculum, videndi atque immediatè cum ipso conversandi desiderium concurrere atque hominem ad revelationum divinarum in se factarum & fieri solitarum persuasionem inducere. Multum verò talia de se præsumentes in sua opinione affirmat, si alii quidam similiter de ipsis sentiant, ipsis applaudant atque tanquam tales in existimatione habeant; Hic enim non tantùm per aliorum testimonia in sua de se concepta sententia confirmantur, sed etiam tacitè hominis alta de se præsumentis philautiæ & superbiæ fomentum præbetur, ut sepositò accurato examine sui ipsius & judicio non satis suspenso talem se esse credat, qualem alii temerè, & nescio quibus ex causis subinde, ipsum esse volunt. Possunt etiam interdum causæ quæ-

bus quibus in factarum sibi revelationum divinarum præsumptionem delabi potest, in quarum tamen applicatione speciali prudenter versandum est.

quædam præternaturales & externæ cooperari. Cave verò hæc omnia & singula omnibus, qui temerè Enthusiasmos de se præsumunt, applicari indiscriminatim posse putes. Si enim in specie de hoc vel illo judicium fieri debeat, omnes circumstantiæ singulares probè considerandæ veniunt, quænam ejus fuerit educatio, quodnam sit ingenium, temperamentum, studia, vitæ genus, conversatio, fata aliaque ex quibus de præsumptarum revelationum causis judicium formari debet. Quanquam ne sic quidem nisi probabiliter de causis proximis aliquid determinari queat. Quis enim hominum novit ea, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in ipso? 1. Cor. II. 11. illud verò ex causis naturalibus adhuc explicatu difficilius imò interdum impossibile videtur, quomodo falsarum inspirationum habitus tam facilè latius serpat & ab uno in alium transfundatur, quemadmodum in Anabaptistis post tempora reformationis factum esse novimus; An fraudem in nonnullis subfuisse, an prævalentem imaginandi vim in aliis in causa fuisse, an dæmonum demum ludificationem in quibusdam intercessisse putes? Procul dubio non omnium eadem ratio fuit, sed nolumus illa pressiùs persequi.

CAP. VII.

De revelationum divinarum frequenti obtentu apud eos, qui res novas moliti fuerunt.

THESIS.

THESIS.

Qui res novas in mundo sive in religione sive in politia machinati fuerunt, non rarò divinas præ se tulerunt revelationes.

§. I.

Res novas molitos sæpe divinam revelationem obtendisse per exempla demonstratur.

AD aliquam Theorematis deductionem exempla ex superioribus meminisse juvat. Gentiles in condenda aut stabilienda politiæ & religionis forma, ementitâ divinæ revelationis fraude populis imposuisse suprà diximus. Et cùm fere nihil nisi auspicatò facerent, in rebus novis & arduis ipsos vel finxisse Numinis instinctum, vel vario divinationum genere delusos fuisse apertissima res est vide ultimam religionis gentilium analysin in dæmonas apud *Voetium Select. Disp. Theol. part. II. disputat. de gentilismo & vocatione gentium.* Oracula in futurorum, si quicquam aggredi vellent, addiscendo eventu consulendi mos frequentissimus inter eos erat, ut etiam sic rebus suis Numen præferrent. Inter Israelitas idololatriæ stabiliendæ fulcra in falsis prophetiis quæsita fuisse discimus ex Deut. XIII. 1. Reg. XVIII. Jer. II, 8. Hæretici erroribus velut scutum objecerunt divinas revelationes. *Fuere hæreticis*, scribit Cunæus *l. III. de Rep. Hebr. c. 7. nimium usitatæ istiusmodi artes. Qui opinionum fingunt portenta, nunquam illis bene procedit inceptum nisi advocetur ex machina Deus. Arrianorum Dux Valens, postquam persuaserat Constantio, fuisse sibi cum Angelo sermonem, altiùs dehinc semet extulit Principisq; abusus simplicitate ad sua libita est.* Mahumedem confictis revelationibus Arabes agrestes in partes traxisse notum est. In tenebricosis Christianismi seculis quid fre-

quentius erat quàm revelationes, enthusiasmi, raptus, colloquia cum Christo, Angelis, Maria Virgine, aliis sanctis. Nova dogmata, ordines, instituta hac ratione commendare solenne erat. Qui post cœptam reformationem omnia turbis replebant fanatici, revelationes privatas passim jactabant. Nempe illud unicum à scriptura & ratione destitutis supererat facinoribus & opinionibus suis periculosis suscipiendis & suadendis argumentum.

§. II.

Quare novas parturientes ad divina revelationis prætextum facilè delabantur.

In proclivi verò est rationem reddere, quare qui nova parturiunt, fere ad revelationes confugere soleant. Nempe DEus ad extraordinaria & nova in mundo opera peragenda sæpe extraordinem suscitavit viros prophetico spiritu eximios, peculiari & divina authoritate instructos, quale quid in Mose, Prophetis, Apostolis observare licet, absque quo extraordinario spiritûs instinctu divinaque authoritate iis, ad quæ missi erant, peragendis impares fuissent. Similiter ergo etiam illi interdum, qui ad res novas animum applicant, divinæ auctoritatis obtentu sibi viam munire studeant. Scilicet non alia est compendiosior via ad conciliandum sibi authoritatem & applausum atque alios in sententiam pertrahendum, quàm si quis aliis divinæ inspirationis de se persuasionem ingerere possit. Solet superstitio novitatis avida, nec iis quæ solida atque certa sunt, contenta facilè atripere, quicquid sub divino nomine, verosimilitudinis ac pietatis specie vestitum commendatur. Alii quanquam fortè non statim assentiantur, si quid tamen iis obscurum sit aut difficultas suboriatur, ex metu, ne forte reluctantes DEO ipsi resistant, sese cohibent, consilium Gamalielis sequentes Act. V, 34-39. Atque sic, qui revelationes, licèt falsò, jactant, apud quosdam

dam facilem assensum impetrant, aliorum verò impetum, ne suis conatibus obsistant, reprimunt. Si quid etiam divinæ voluntatis atque jussus obtentu. ubi fraus probari nequit, peccatum fuerit, facilius excusari posse videtur, quàm quod destinato animi consilio & malitiâ commissum fuerit. Quicquid sit, rerum novarum studium atque revelationum prætextus facilè se amplexantur atque unà ire amant, sive quòd rerum novarum cupiditas, ut faciliùs attingatur scopus, revelationes fingendi licentiam sibi sumat, sive quòd harum vana persuasio ad res novas animum addat.

CAP. VIII.

De fide, quæ novarum revelationum auctoribus omni tempore habita est.

THESIS.

Qui novas revelationes sive veras, sive falsas protulerunt, semper tamen apud quosdam fidem impetrarunt.

§. I.

QUod attinet verè divinam revelationem, in sacra scriptura comprehensam, omni tempore pro tali inter homines agnita fuit, quod scopus DEI sese revelantis omninò requirebat. Quanquam enim non omnes eam receperint Esa. LIII, 1. Joh. VII, 48. 1. Cor. I, 23. 2. Cor. IV, 3, 4. atque sub N. Test. Judæi præsertim tanquam υἱοι της ἀπειθειας rejecerint, apud quosdam tamen semper

Verè divina revelatio omni tempore, saltem ab aliquibus pro tali agnita fuit; nec minus etiam falsæ revelationes fidem invenerunt.

per assensum obtinuit. Præprimis sub N. T. verbum Dei latissimè propagatum atque Ecclesia amplissimè diffusa fuit, Rom. XV, 19. Sed non minùs etiam falsæ revelationes à multis pro genuinis & ἀξιοπίστοις fuerunt acceptæ. Sub V. T. falsi Prophetæ cum suis mendaciis plerisque acceptiores, quàm veri existebant. I. Reg. XXII. Jer. XIV, 15. XXVII, 10, 11. XXVIII. 2. Chron. XXXVI, 15, 16. Et quàm multæ falsæ revelationes sub N. T. cum applausu exceptæ fuerint, ex superioribus strictim, ex Historia Ecclesiastica verò abundè cognosci potest. Nempe multi errores, etiam absque extraordinariæ revelationis prætextu, sive spargentium πιθανολογια, errorumque ipsorum ad veritatis speciem compositâ facie, sive recipientium erga ea, quæ corruptæ rationi, carni ejusque præjudiciis conveniunt, propensione hominum animis se insinuârunt, quid mirum itaque, quòd quæ sub divinæ revelationis προχειμαλι proposita fuerunt, multorum credulitatem occupaverint.

§. II.

Veri Prophetæ propter divinitatis criteria recepti fuerunt atque recipiab omnibus debebant; falsi autem, assumpto verorum habitu aliorum credulitati imposuerunt.

Quando verò nunc propiùs in causas inquirimus, propter quas Prophetis veris & falsis fides adhibita fuit, disparem, imò contrariam planè illorum ab his rationem deprehendimus, non minùs quam lucem inter & tenebras intercedit. Illis fides debebatur meritò, qui divinæ auctoritatis certissima habebant argumenta atque criteria, de quibus suprà Sect. I. §. XII-XIV & XIV-XXII. actum fuit; ut adeò quæri non debeat, quare illis quidam fidem habuerint, sed quare non omnes potiùs eorum sermonem πιστον καὶ πασης αποδοχης αξιον pari fide atque assensu amplexi fuerint; gravi procul dubio eorum existente culpa, qui legatos DEI repellerent, de quo passim acerbissi-

bissimæ sunt in verbo querelæ 2. Chron. XXXVI, 15, 16. Ps. II. XCV. Esa. I. LIII, 1. Jer. II Matth. XI, 16-24. XII, 38-42. Sed illud mirari meritò subit, quomodo falsi Prophetæ fidem quoque impetraverint. Rectè verò Philosophi monent, neminem quidem datâ operâ errare aut decipi velle, & tamen toto die contingere, ut plures turpissimè errent ac decipiantur, pro thesauro carbones arripiant, pro junone, quod gentiles dicebant, nubem amplexentur. Idem etiam hîc factum fuit. Quemadmodum verò vitium in genuina & nativa sua, sed teterrima specie potiùs horrorem incutit, virtutis verò externo amictu incautos allicit, & error blandâ veritatis specie tegi amat, & hypocrita pietatis habitum μετα πολλης φαντασιας mentitur, sic procul dubio falsi Prophetæ probabilibus quibusdam rationibus nixi aliorum sibi obnoxiam reddiderunt credulitatem. Eò magis verò illæ probabiles fuerunt, quò magis ad verorum Prophetarum analogiam accederent. Quemadmodum enim illi impostores, qui suam negando aliorum fingunt personam, os humerosque illis similes existere, eorum linguam, mores, actiones exprimere debent, ut viva eorum veluti umbra sint, ita falsis Prophetis id omni tempore consuetum fuit, ut verorum similitudine & affectatione fallerent, imitati magistrum, qui jam olim se transformaverat in angelum lucis Gen III. Atque illud ipsum scriptura disertè affirmat. 2 Cor. XI, 10. *Nam istiusmodi Pseudo-Apostoli operarii dolosi sunt transfigurantes se in Apostolos Christi. Neque id mirum; ipse enim Satan se transfigurat in angelum lucis; non magnum est igitur, si etiam ejus ministri transfigurant se tanquam sint ministri justitiæ, quorum finis erit secundùm opera ipsorum.* Et Christus Matth. VII, 15. *Cavete verò vobis à*

Pseudo-Prophetis, qui veniunt ad vos cum vestimentis ovium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. Et bestia illa Apocalyptica Apoc. XIII, 11. *habebat cornua duo similia Agni, sed loquebatur ut draco.* Quare cùm veniant verorum prophetarum habitu atque corundem similitudinem mentiantur, mirum non est recipi ab illis, qui non habent sensus exercitatos ad discretionem boni ac mali Heb V, 14. Nempe quæ externè, adhibito mangonio, speciosa sunt, sæpe magis quàm quæ solida, verè bona & sincera existunt, oculos præstringunt. Plures externâ specie, quàm ipsa rei veritate, capiuntur & delectantur.

§. III.

Fidem sibi faciunt primò falsi prophetæ, quando cum ingenti asseveratione & fiducia loquuntur, quod in exemplis ostenditur.

Rationes autem, quibus falsi Prophetæ ad assensum inducunt incautos, inter alias possunt esse sequentes: (1.) quòd plerumq; loquantur magna cum asseveratione, indubitatæ certitudinis προφασει & ingenti animi parrhesia. Audacter præmittunt nomen Jehovæ, qui ad ipsos fuerit locutus, esse in animo suo verbum ejus quasi ignem ardentem inclusum ossibus, & defecisci sustinendo, nec posse amplius Jer. XX, 9. invitos se illud facere, ut verbum Jehovæ eloquantur, quo ludibrio futuri sint mundo & sibi ignominiam contrahant, sed tantæ virtuti in se agenti resistere se non posse amplius, expertos se esse in se ipsis acerrimam luctam, sed omnes nunc difficultates superasse &c. Quis hîc vel fraudem vel falsi quicquam suspicetur, præsertim si vita, quantum de externis judicare licet, inculpata accedat? aut quis non hîc metuat, ne vel illis ipsis injuriam faciat atque contra amorem peccet aut DEO forte reluctari videatur? aut quis facilè credat, cùm in seipso tale quid non experiatur, phantasiam adeò prædominari posse, ut ea sibi quis tam pertinaciter persuadeat, quæ tamen extra phantasiam

in

in re ipsa nullibi sunt, nec veritatem habent? Attamen hæc facta esse experientia clamat. Nempe sicut præsumprivâ fide imbuti fortiùs sibi imaginantur salutem & confidentiùs sæpe loquuntur, quàm qui veram fidem habent, ita & hic falsa divinæ inspirationis opinione de seipsis præoccupati confidenter æquè, si non confidentiùs, loquuntur quàm veri Prophetæ. Magis eorum causam probabilem facit, si speciales etiam circumstantias determinare audeant. Notabile habemus Chananiæ exemplum Jerem. XXVIII, 1-4. qui ante *oculos sacerdotum* & *totius populi*, ad *Jeremiam*, in *domo Jehovæ*, *præmisso nomine Jehovæ* falsum elocutus est, multa specialia proferens, nempe DEum reducturum omnia instrumenta templi, quæ Nebucadnezar in Babyloniam deduxerat, etiam Jeconiam filium Jehojakimi Regis cum omnibus deportatis Judæ rediturum esse; imò etiam cum designatione temporis; *intra biennium justum*. Quis non putasset Chananiam omnia cum suis circumstantiis prædicentem plenam habuisse à Deo in animo suo convictionem? Nihilominus tamen falsus erat Propheta, qui nihil nisi mendacia eloquebatur; & cum Jeremias ab eventu demum ejus prædictionem probatum iri contenderet ℣. 9. nihil tamen ille perterritus aut hæsitans, imò audentior factus ampliùs progreditur atque lorum à collo Jeremiæ auferens frangit. *Tum capiens Chanania Propheta lorum illud à collo Jeremiæ Prophetæ fregit illud. Et loquutus est Chanania ante oculos totius populi, dicendo; sic ait Jehova; ita frangam jugum Nebucadnezaris Regis Babyloniæ, intra biennium justum à collo omnium istarum gentium.* Ecce quanta in Pseudo-Propheta confidentia & quanta in illa confidentia veritatis species! Adoritur Jeremiam, ei in os contradicit, præfert

nomen

nomen Jehovæ, parrhesiâ utitur coram universo populo; specialia plura designat, jugum, quod Jeremias jussu DEI ferebat, à collo ejus aufert, confringit atque symbolica ista actione falsam prophetiam confirmat. Similis audaciæ & fiduciæ exemplum habemus in Zedekia filio Cnaenæ, qui sibi cornua ferrea fecerat ad repræsentandum, quomodo Achabus Syros contriturus esset, I Reg. XXII. 11, Et Micham verum DEI Propheram in maxillam percussit, inquiens, *quanam transivit Spiritus Jehovæ à me, ut alloqueretur* te ℣. 24. Quantam etiam Monasterienses Apostoli causæ suæ fiduciam habuerint, quòd etiam per tormenta rogati responderint se solos habere veram doctrinam, idque sui capitis periculo velle contestari, nam inde ab Apostolorum ætate neque rectè denunciatum verbum DEI, nec ullam fuisse justitiam &c. *Sleidan.* lib. X. p. 275. commemorat.

§. IV.

Falsi Prophetæ blandiuntur & grata promittunt.

Porrò etiam (2.) sæpè fit, ut falsi Prophetæ grata populo doceant, atque sic verborum blanditiis & promissionum delinimentis atque assentationibus in hominum animos influant, atque sic homines confirment in suis peccatis & securitate carnali; qua ratione eos alliciebant, qui blanditias, hypocrysin & palpum in peccatis amabant, & quibus verorum Propherarum acriter propter peccata objurgantium & judicia DEI denunciantium verbum onus erat αβαραλον Jer. V, 31. XIV, 13-18. XXVII, 9, 14. XXVIII, 16. Ezech. XIII. Mich II, 11, III, 5. Hinc Michas Achabo adeo erat exosus, quòd ei ingrata prædicaret, reliqui enim videntur Achabo adblanditi esse, uti satis patet, quando in aciem contra Syros proficisci volebat; *dixit Rex Israelis Jehoschaphato, amplius vir quidam est,*

est, ex quo consulas Jehovam, sed ego odi eum, quia non prophetat de me bonum, sed malum, Micajehu filius Jimlæ. 2. Reg. XXII. 8. sed non poterat Michas idololatræ & tyranno bonum annunciare. Sic falsi Prophetæ populo ante captivitatem Babylonicam prædicabant pacem, confractionem jugi Regis Babyloniorum. Ante ultimam Hierosolymæ destructionem falsi Prophetæ sæpius Judæos ad libertatem vocabant, atque à Romanis liberationem promittebant. Montanistarum spiritus sectatores suos beatos prædicabat, & promissorum magnitudine supra modum inflabat. Eadem Anabaptistarum, Munceri, Monasterienſium, aliorumque exemplis facilè confirmari possunt. conf. *Euseb. in hist. Eccl. lib. V. c. 16. Sleidan. comment. lib. X.* Ita ergò, cùm Scriptura fidelibus maximas & pretiosissimas promissiones faciat, etiam falsi Prophetæ vanis promissis sectatores allicere & demulcere student.

§. V.

Snbinde etiam falsi Prophetæ ad pœnitentiam exhortantur & gravissima mala comminantur.

Quanquam verò falsi Prophetæ subinde hominibus palpum obtruserint in peccatis, non putamus tamen ab iisdem semper alienum, ut acriter etiam in peccata detonent, atque omnes severissimè perstringendo pœnitentiam urgeant, & gravissimis comminationibus homines ad metum adigant; imò fieri (3) potest, ut hac ratione sibi fidem facere & authoritatem conciliare studeant. Annon enim metu alios percellendo id intendere possent, ut consternati ad se tanquam sacram anchoram confugiant, & abs se consilium petant, quomodo sibi & saluti suæ consulere & exitium à se avertere debeant? Quemadmodū ergò veri Prophetæ ita instituunt, ut graviter in peccata invecti ad pœnitentiam omni modo & per gravissimas comminationes exhortentur, atque demum verè resipiscentes divi-

næ gratiæ promissionibus iterum erigant; Ita etiam falsi Prophetæ in eo verorum possunt induere speciem, ut ad pœnitentiam exhortentur, severè alios reprehendant, atque maximorum malorum comminatione perterrefaciant. Non omnis pœnitentia statim est vera pœnitentia. Potest callidus hostis facilè pati, ut homines per externa opera mortificent carnem, modò interim ab eo, qui via, veritas & vita est, abducantur, atque à Christo aberrantes in tenebris, superstitione atque justitiæ ex operibus studio retineantur. Quod in Judæis, Pharisæis in specie, Socinianis aliisque patet: Nisi enim resipiscentia juncta cum fide in Christum sit & sanctitatis studium ex fide proveniat, Deo grata non sunt & ad gratiæ abnegationem tendunt, atque pro fœdere gratiæ fœdus operum, quæ est antiquissima Justitiariorum secta & omnis superstitionis origo, nobis reducunt. Sic & comminationes urgere possunt Pseudoprophetæ, ut sibi authoritatem faciant. Ita Deut. XVIII. 21. 22. expressè de falso Propheta dicitur; *ne timeto ab eo.* Ergò talia annunciare potuerunt, quibus homines in metum conjicerent, conf. 2 Thess. II. 1, 2. Montanistarum spiritus etiam objurgatorius videri voluit. Anabaptistarum Enthusiastæ frequenter per plateas discurrentes pœnitentiam agendam esse clamabant, atque væ! væ! ingeminabant omnibus, qui se ipsis associare nollent. Sed quid erat pœnitentiam agere? scil. rebaptizari, se ipsorum sectæ aggregare, Evangelii ministros iniquè proscindere, contra Magistratum insurgere, publicam denique tranquillitatem turbare.

§. VI.

Multorum Pseudoprophetarum consensus &

Speciem veritatis & missionis divinæ (4) etiam auget, si plures eodem spiritu acti in idem testimonium & eandem

eándem rem consentiant, sic enim mutuò sese in sua sententia confirmant & alios in eandem sæpè inducunt. Quando enim idem spiritûs afflatus ad plures transfunditur, hoc fere pro miraculo habetur. Quanquam id quidem nihil probet, utpote quod ex multis causis fieri potest. 1. Reg. XXII. omnes eodem spiritu mendacii afflati consentiebant usque ad 400. Tempore Eliæ & Jeremiæ plures erant Pseudò-Prophetæ, quibus sæpè unus tantùm vel alter verus Propheta opponebatur, conf. Ezech. XIII. 10. sed insuper (5) fieri potest, ut Pseudo-Prophetæ occulta quædam manifestent aut futura prædicant, in quo jam solidè se triumphare posse putant, atque negari nequit, magnam in eo esse speciem, quâ incauti facilè abripi possunt, nam etiam suprà sect. I. ex scriptura ostendimus futurorum prædictionem veri Prophetæ signum esse. Sed fieri quoque potest, ut falsi Prophetæ aliquid futuri prædicant Deut. XIII. 1. Verùm notandum est (a) veros Prophetas talia prædicere, quæ maximè casualia & contingentia sunt, ut non nisi à solo Deo præsciri possint. Falsos autem communiter ea, quæ vel ipsi vel Satanas per sagacem conjecturam assequi, aut tanquam in dispositione causarum secundarum jam existentia prævidere poterant. (b) falsos Prophetas interdum generaliter & ambiguè loqui, ut quomodocunque res cadat, in rem suam vertere possint, quod olim in oraculis sæpè factum fuit, sed veros Prophetas etiam maximè singularia in suis circumstantiis prædicere, quæ in eventu per talis prædictiones significata fuisse clarissimè patet (c) falsos Prophetas, etsi in uno vel altero casu verum prædicant, in aliis tamen strenuè mentiri & turpiter decipere 1 Reg. XXII. Jerem XIV. 13, 14. XXVII, 9, 10. XXVIII. 15. Matth. XXIV, 26. 2. Thess. II, 9. Nempe Diabolus subindè

futurorum quorundam prædictio divina missionis speciem iis conciliat.

veritatem loquitur, ut sub ea specie fallat & venenum occultet; frequenter verò etiam mendacia profert, atque sic de suo loquitur, nam ipse est mendax ab initio, & Pater mendaciorum Joh. VIII, 44. E contra veros Prophetas semper veritatem loqui, eorumque verbum esse ἀδολον & in prædictionibus absolutis semper certissimè, atque quoad omnes circumstantias exactè impleri Ps. XII, 7. Deut. XXVIII, 15. 1. Sam. III, 19. Esa. XXXIV, 16. Matth. V, 18. (d) veros Prophetas suas prædictiones ad confirmationem doctrinæ salutis à Deo traditæ referre; falsorum autem, si quæ sint, prædictiones à via salutis abducere, atque hominem pernicioſis & exitialibus erroribus implicare, unde si vel quicquam prædicant, cui eventus respondet, audiendi tamen non sunt Deut. XIII, 1. conf. *Zanch. de operibus Dei intra spat. 6. dier. creat. lib. IV. c. 8.*

§. VII.

Probabilitatem quoque divina missionis facit, si falsus Propheta signum edat.

Denique (6) contingere etiam potest, ut falsi Prophetæ signum aliquod edant, quo non radicatos in veritate in stuporem agunt. Magna quidem inter vera miracula, qualia à Christo, Prophetis, Apostolis facta sunt & mirabilia hujusmodi opera est differentia ratione principii, modi, finis; interim tamen certum est מופתים, τερατα, opera quædam extraordinaria à Pseudo-Prophetis fieri posse Exod. VIII. Act. VIII. & XIII, 10. Josephus ante ultimum Judæorum excidium Pseudo-Prophetas præstigiatores fuisse inter eos affirmat. Deut. XIII, 1. *Quum surgens in medio tui Propheta aut somnians somnium ediderit tibi signum aut prodigium* &c. conf. Matth. XXIV, 24. 1. Thess II, 9, 10. Apoc. XIII, 13. Quando verò hîc falsis Prophetis adscribimus τερατα, patet non agi de iis, qui atræ tantum bilis vitio se revelationes divinas habere somniant, sed de illis,

ad

ad quorum fraudes spiritus malignus aliquâ ratione, sive apertâ sive occultâ, concurrit. Videatur *Zanchius de operibus Dei lib. IV. c. 12.* Contra quam tentationem Deus tamen etiam in verbo suo nos satis munivit, si (1) ejusmodi portenta rectè & accuratè, qualia sint, consideremus; (2) ea cum veris Prophetarum, Christi & Apostolorum miraculis conferamus; (3) Christi prædictionem & monitionem semper in animo habeamus, & denique (4) finem atque scopum eorum perpendamus atque cum certissima veritatis doctrina, in verbo Dei nobis patefacta, atque per divina miracula confirmata & ad conscientiam nostram clarè sese manifestante conferamus, à qua Evangelii veritate quicunque abducere nos conantur, pro impostoribus habendi sunt, etsi vel maxima patrarent prodigia. His tamen aliisque similibus rationibus fieri potest & factum fuit, ut falsi Prophetæ apud aliquos fidem invenerint, apud eos nempe, qui instabiles atque credduli esse solent; quanquam hîc etiam multæ aliæ rationes concurrere possint. Quemadmodum enim supra monuimus, multa sæpè in causa esse posse, ex quibus oriri queat, ut quis sibi Θεοπνευστιαν attribuat, sic multa etiam in iis, qui falsos Prophetas recipiunt atque iis assurgunt, concurrere possunt, quæ ad fidem iis habendum inducant, imò illud subinde à causis particularissimis oriri potest. Forte talis etiam est quorundam animi dispositio, ut non ingrati illis accidant, qui talia proponunt, qualia illi jam dudum secum in animo agitaverant & in votis habuerant.

CAP. IX.

De examine eorum, qui novas revelationes afferre videri volunt.

THESIS.

Si qui oriantur in Ecclesia, qui revelationes peculiares sibi factas esse affirmant, accuratissimè probandi sunt, neque propter bonam aliquam speciem statim sunt recipiendi, sed nisi evidentissimis atque infallibilibus argumentis convincere nos queant, assentiendum iis non est.

§. I.

Quanquam donum discretionis spirituum extraordinarium non amplius superstit in Ecclesia, instructi tamen sufficienter sumus ex verbo Dei, ut à spiritibus seductoribus cavere nobis queamus.

INter Ecclesiæ primitivæ dona extraordinaria etiam illud erat διακρισεως των πνευματων 1. Cor. XII, 9. quod tamen nunc unà cum reliquis extraordinariis cessavit. Nec tamen benignissimus Deus Ecclesiam destituit, ut non habeat argumenta, criteria, notas, quibus per vias ordinarias spiritum ex Deo à spiritibus πλανοις discernere queat. Quandoquidem enim verbum Dei tanquam divinum sese evidentissimè ad conscientiam nostram commendat, ex eo & secundum illud per dona ordinaria illuminationis Spiritûs S., adhibito judicio discretionis, de aliis quibusvis spiritibus judicare valemus. Secus enim Ecclesia fluctuans quovis doctrinæ vento agitaretur, nec certum haberet στερεωμα & Θεμελιον, in quo tuta consistere posset. Sed verò cum Deus fidelium solicitudini & securitati hocce in negotio jam in Vet. Test. consuluerit, Deut.

Deut. XVIII, 21, 22. Esa. VIII. 19, 20. multò magis in N. T., ubi omnia adhuc longè sunt clariora atque voluntas Dei de salute nostra plenius & consummatius explicata est, sufficientia nos habere principia, ex quibus veritatem, errores atque seductionem animadvertere & discernere liceat, concludendum est.

§. II.

Spiritus probandos esse argumentis quibusdam ostenditur;

Spiritus itaque probandos esse nemo negaverit. Neque verò Prophetæ, Christus, Apostoli examen refugerunt. Exod. IV. 1-11. Esa XXXIV, 16. Matth. XI. 3, 4. Joh. V. 31 VII. 17. 2, Cor, IV, 1, 2. Act. XVII, 11. 1. Cor. X, 15. Eò magis solicitè verò probatio instituenda est (1) quia sacra scriptura est perfecta & sufficiens, de quo suprà Sect. I. & II. c. IV. actum fuit. 2. Tim III. 15-17. Rom. XV, 4. Act. XX, 27. 2. Pet. I, 19. unde non facilè credendum est iis, qui novas revelationes afferre se dicunt. Porrò verò (2) habemus expressum Christi & Apostolorum mandatum, ut nobis caveamus & omnia accurato studio exploremus. Matth. VII, 15, 16. *cavete verò vobis à Pseudo-Prophetis, qui--* 1. Thess. V, 19-21. Idem etiam Johannes inculcat. 1. ep. IV, 1. *Dilecti, ne cuivis spiritui credite, sed probate Spiritus, an ex Deo sint, nam multi Pseudo-Prophetæ venerunt in mundum.* adde Matth. XXIV, 4, 5. Act. XX 28. 1. Cor. XIV, 29. 2. Thess. II, 1-3. Amplius (3) scriptura nos de multis deceptionibus in Ecclesia orituris monuit Marc. XIII, 21-23. Matth. XXIV, 24. Act. XX, 28, 29. 1. Tim IV, 1, 2. 2. Thess. II, 9-12. 2. Pet. II, 1. 1. Joh. IV. 1. & in genere notæ sunt perpetuæ hostis insidiæ, quas ad nos à veritate abducendum struit. Eph. VI, 12-1. Pet V, 8. 2. Cor. II. 11, IV, 4. XI, 3. Apoc. II, 24. Et porrò (4) experientia certè, si nihil aliud esset, cautos nos reddere deberet,

deberet. Quàm variæ enim fuerint diaboli, hominum fraudulentorum, aut per propriam phantaſiam deceptorum illuſiones per falſas apparitiones, miracula, oracula, viſiones, raptus & ecſtaſes, inſpirationes, revelationes vigilantibus aut dormientibus factas, de iis exemplorum plauſtra ex hiſtoriis comportari poſſent, atque nonnulla hinc inde ſuprà à nobis allata ſunt; adeoque rei neceſſitas, momentum, periculum omninò ſerium & accuratiſſimum examen atque probationem efflagitat. Si enim omnia abſolutè abſque examine rejicere velimus, hoc nec rationale, quippe ratio de non intellectis nec examinatis judicare prohibet, nec ſcripturæ conforme, quæ ſpiritus probare jubet, nec ſatis prudens & cum charitate conveniens foret. Abſque examine enim ſi rejiciantur hi homines, ſummam ſibi injuriam fieri clamabunt. Et quomodo ſpiritus ψευδολογοι falſi convinci aut alii de cavenda eorum ſeductione, absque prævio examine, moneri poſſunt? Si verò absque ſufficienti exploratione quicquid affertur, recipere velis, quanta foret hæc animi levitas, quantum in eo periculum, imò quàm certiſſimum damnum? tales enim à quolibet doctrinæ vento circumacti à ſimplicitate, quæ eſt in Jeſu Chriſto, abducuntur, atque in errores, ſuperſtitiones, peccata præcipites acti in veritatis incidunt jacturam, imò ſalutis tandem naufragium pati facilè poſſunt. Nec tamen omnibus promiſcuè eorum omnium, quæ ſpecioſo nomine circumferuntur, examen eſt neceſſarium. Si cui enim talia accuratius cognoſcendi occaſio deſit, aut ſupra ſuam ſphæram eſſe putet, in ſimplicitate cordis, non circumſpiciens de novis revelationibus, credat & agat ſecundum ſcripturæ præſcriptum, cui tutò innititur ad ſalutem, atque

quod

Deum oret, ut in via recta secundum verbum suum, quod est lucerna pedi nostro & lux in itinere nostro, se ducere velit. *Quicunque enim secundùm hanc regulam incedent, pax super eos erit & misericordia* Gal. VI, 16.

§. III.

In examine verò illo instituendo sequentia tenenda sunt. *In illo examine ante omnia videndum, an nos ad illud instituendum simus rectè compositi.*

A. Ratione nostri videndum, an animus noster ad talem probationem instituendam sit rectè compositus, studio partium non implicitus, procul habitis præjudiciis & affectibus, puram veritatem amplecti amans, studio gloriæ Dei & salutis propriæ atque proximi accensus, atque veritatem rebus omnibus aliis longè anteferens. Homo ψυχικὸς enim non capit ea, quæ sunt spiritus DEI 1. Cor. II, 14. si enim philosophi tam multa præcipiunt de præjudiciis sive præoccupatis opinionibus & affectibus deponendis, ut quis veritatem philosophicam, quæ tamen nobis veluti congenita est, utpote cujus principia in natura & ratione latent, assequatur, multò magis hoc necessarium est in rebus spiritualibus & quæ concernunt dispensationem & modum, quo DEus ad salutem nostram nobiscum agere vult. Ubicunque enim obtinet spiritus תרדמה soporis Esa. XXIX, 10. aut עויתם perversitatum Esa. XIX, 14. sani nihil in judicio expectari potest. Quicunque in rebus ad salutem nostram spectantibus seu ex mera aliorum auctoritate magistrali Joh. VII, 47, 48. seu ex amore commodi carnalis & propriæ utilitatis Luc. XIV, 16. seu ex privati honoris studio Joh. XII, 42, 43. aut adulandi potentioribus 1. Reg. XVIII. XXII. aut ex metu hominum, ne sibi, ne familiæ damnum, ignominia inferatur, veritatem sibi satis cognitam rejici-

unt, procul dubio graviter peccant, atque si convicti sint aliter, graviter conscientiam vulnerant. Qui quicquam aliud magis quàm Christum amat, ipso dignus non est. Matth. X, 37,38. Luc. XIV, 26,27.

§. IV.

Porrò monetur de re gravissima agi, ubi de revelationibus explorandis agitur, atque utrinque videndum esse, ne vel quod divinum est, rejiciatur, vel quod humanum est, pro divino recipiatur cum angenti veritatis & animæ jactura.

Ratione verò rei ipsius

B. Tenendum est, de re gravissima agi, quando de novis revelationibus agitur, adeoque hîc procul dubio summâ, quâ fieri potest, cautione versandum esse. Quemadmodum enim revelationem divinam compertam & explorat m non recipere piaculum atque divinæ auctoritatis manifestus esset contemptus, sic è contra pro divino accipere, quod tanquam tale certissimis ad conscientiam demonstrari nequit argumentis, ut leviter dicam, levis nimis credulitas, atque temeritas foret. Si enim, quod humanum tantùm est aut fortè etiam Satanæ tribuendum, pro divino accipis, an non summa DEum ignominiâ afficis? imò an non in eo blasphemiæ, saltem indirectæ, quædam species esset? an non sic horrenda confusione humana vel etiam diabolica cum divinis miscerentur? Et an non, qui pro divinis, quæ talia non sunt, habet, sese velut à luce ad tenebras, à fonte puro & limpidissimo ad impuros rivulos convertit? Quantum verò illud, imò quàm certissimum erroris & seductionis foret periculum? Quis enim putet humana adeò purè fluere, ut nullus subsit error & à vera via seductio, præsertim si phantasia corrupta sit atque rationi prævaleat, & ratio inter illud, quod à DEO & quod à prava imaginatione fluit, distinguere non possit? quomodo itaque talis inter verum & falsum discernet, præsertim ubi agitur de particularibus, at gravissimis tamen sæpe rebus? si

quis

quis enim fortem, vividam ac pertinacem imaginationem semel pro divina revelatione amplexus fuerit, an non, quicquid eodem modo tam pertinaci & fixa impressione imaginandi vim subegerit, similiter pro divino habebitur? nam parium hactenus par ratio est. Hâc verò ratione si quis de seipso aut alii de ipso extraordinarii divini influxus atque inspirationis, ex falso phantasiæ prædominantis fundamento, præsumptionem fecerint, quanto non illi seipsos & alios sibi assentientes exponunt periculo? annon illi omnes in extremo consistunt præcipitio, ex quo facilè in errores, superstitiones, imò amentiam, facta temeraria, enormia, impia prolabi possunt? Ea loquimur, quæ tantò minùs aliena censeri debent, quantò apertiùs per experientiam confirmata sunt & ex historiis illustrari possunt.

§. V.

Si verò aliud fortè principium ενεργητικον externum & diabolicum ad divinæ revelationis falsam impressionem faciendam concurrat, procul dubio magis adhuc periculosa res est, quoniam ab illo humani generis hoste nil nisi quod ad extremam generis humani perniciem ejusque temporale & æternum exitium spectat, proficisci potest, quantumvis ille se transformet in angelum lucis atque optimam induat speciem; agit enim argutus sophista rem suam valde occultè, fraudulenter & in mysterio, ne ejus βαθη ab initio pervideri possint. Fistula dulce canit. Latet sub serpentino sibilo venenum. Lupinam rapacitatem & ungues leoninos sub ovium indumento tegit infernalis hostis; sic mysterium iniquitatis per pietatis & cultûs divini bonam speciem in Ecclesiam sensim sine sensu subdolè introductum est. Et quomodo errores exitiales,

Majus periculum est, si diaboli fraus subsit.

superstitiones, idololatria & maxima tandem corruptio successivè & per bonam ab initio speciem in Ecclesiam irrepserint, ex historia Ecclesiastica ostendi facilè posset. Ex quo utique patet, cautè & circumspectè in negotio tam gravi procedendum esse, nec circa divinam revelationem quicquam certi statuendum esse, nisi sufficientia & convictiva argumenta adsint.

§. VI.

Qui tanquam à spiritu Dei acti haberi volunt, clarâ quoque conscientiam demonstratione manifestare se debent adeoque rationem ejurandam esse dicere non sufficit.

Quemadmodum verò in iis, qui probationem hîc instituere volunt, judicium incorruptum requirimus, in re ipsa verò ejus maximum momentum bene attendendum esse monuimus, ita nunc

C. Ab illis, qui revelationes divinas sibi vendicare volunt, postulamus, ut clarâ utantur ad conscientiam demonstratione, atque tanquam Θεοπνευστος ad animum se manifestent. Ita certè Paulus 2. Cor. IV, 2. *sed abrenunciavimus pudendis latebris, non cum calliditate ambulantes neq; falsantes sermonem DEI, sed declaratione veritatis commendantes nos ipsos apud omnem conscientiam hominum in conspectu DEI.* & v. 6. *Quoniam DEUS, qui dixit ut è tenebris lux splendesceret, is est, qui splenduit in cordibus nostris, ad præbendum lucem notitiæ gloriæ DEI in facie JEsu Christi.* & 2 Cor. XI, 6. idem Apostolus ad Corinthios ait: *sed omninò manifesti facti sumus in omnibus apud vos.* Fides enim nititur clarâ demonstratione, si non *ratione rei ipsius*, saltem *ratione evidentiæ revelationis*. Adeoque malè rem suam agunt, qui revelationem divinam præ se ferentes ut tales recipi volunt absque idoneis ad conscientiam argumentis. Non ita Prophetæ, Christus, Apostoli egerunt. Evidentissima Moses & sole meridiano clariora immediati cum DEO commercii argu-

argumenta habebat. Reliqui Prophetæ fundantur in Moſe, & ſuis argumentis, quibus certam ſibi fidem aſſererent, deſtituti non fuerunt, licèt fortè non omnia ſcripto comprehenſa ſint. Solet enim DEUS nuncios ſuos iis characteribus inſignire, ut internoſci queant. Chriſtus & Apoſtoli ſimiliter tam luculenta divinæ miſſionis ſigna habebant, ut niſi quis ſponte in luce cæcutire vellet, eos agnoſcere poterit. Nec dicere ſufficit, *rationem ejurandam eſſe, ut nos totos divinæ operationi ac voluntati tradamus & reſignemus*; Rectè poſterius: ſed quid ſibi volunt cum priori? An ut præjudicia rationis deponamus? Bene: An ut rationem non faciamus normam fidei? optimè: An verò rationem hîc planè excludendam eſſe, ut ne quidem inſtrumenti ac organi vicem præſtet? ſed hoc fieri nequit, quamdiu rationales, id eſt quamdiu homines ſumus? An denique hoc volunt, rationi diſcretionis judicium relinqui non debere? Quid verò tum fiet? An non ſic latiſſima omnibus erroribus porta aperitur? An non ſic æque facilè quæcunque poteris recipere abſurda? Quid erit mens hominis, ſi rationem tollas, niſi quorumvis errorum & monſtroſarum opinionum ſpolium & ludus? ſi omnem rationem ſanam ejuras, quid cauſæ eſt, quare non Talmudem aut Alcoranum pro divina revelatione admittas? Apage illa: Rationem fidei ſubjicimus, fides verò non deſtruit rationem, ſed eam inſtaurat, perficit, nec cum ea pugnat. Mira ſanè res! ſunt hi homines rationis inimici, ſed in locum ſanæ rationis, quæ ſcripturæ ſeſe ſubjicit eamque pro principio fidei unicè admittit & ex ea, methodo rationali, credenda & facienda ad ſalutem per modum inſtrumenti colligit, ſubſtituere & nobis obtrudere vellent non ſcripturæ certam &

indubitatam regulam, non rationis ex verbo DEI sapientis perspicuam & conscientiæ sese manifestantem demonstrationem, sed mysticam quandam & chymicam philosophiam, quæ ne tandem in Socinianismum & Naturalismum, rejectis scripturæ mysteriis, exeant, justas verendi causas habemus; imò confusæ rationis & turbulentæ phantasiæ cerebrique malè affecti lusus & somnia, quæ si quis pro divinis admittere nolit, hunc traducunt tanquam πνευμα μη εχονλα, tanquam literalem Theologum, qui in cortice hæreat, quemadmodum ita non semel factum fuisse satis constat.

§. VII.

Nec qui se revelationes habere ajunt dissentientes inclementer proscindendo aut metum humanum objiciendo rem suam expediunt, adeoque serio se ipsos & spiritum suum etiam scrutari necesse habent.

Nec etiam hæc revelationes novas, si quæ esse dicantur, commendandi justa methodus est, ut qui se eas habere præsumunt, se solos gnosticos & spirituales putent, qui scilicet soli clavem arcana reserandi habeant, reliquos verò omnes, qui ab ipsorum partibus stare nolint, psychicos appellent & inclementer convitiis proscindant & lacessant, ne quando in dogmatis mystici & obscuri deprehendantur, in convitiando & maledicendo aperti & clari esse comperiantur, quod factum quoque esse à nonnullis, qui novas revelationes jactarunt, ostendi facilè posset. Conf. *Sleid.* comment. lib. X. Nec denique illud rem conficit, quòd metum hominum continuò objiciant, ex quo fiat, ut veritas opprimatur & in injustitia detineatur. Ex metu hominum frequenter peccari negari nequit, an verò, si quis prætensis quibusdam in Ecclesia revelationibus assentiri nolit, ex eo fonte statim sequatur, quæstio est. Quid enim si convictio desit? Faxit DEus, ut liberè & intrepidè veritatem profiteamur, & non pudeat nos Evangelii Christi, ne Christum nostri pudeat in decretoria illa die,

sed

sed videndum etiam est, ne quicquam temerè agamus & effractis boni ordinis repagulis in timorem DEI hominumque peccemus. Nec enim omnis metus hominum in vitio ponitur Rom. XII, 1-4. Eph. VI, 5. 1 Pet. II, 18. Cui retrò per secula ire lubet, in hac quoque parte peccatum esse animadvertere facile poterit. Illi itaque, qui novas revelationes se habere putant, aut qui saltem eorum, qui sibi videntur habere, causam defendunt, suum quoque spiritum seriò explorent, qualis ille sit, & quam de inspirationibus immediatis convictionem habeant aut aliis dare possint, an sensum Christi ipsis inspiret spiritus ille, amorem, mansuetudinem, studium pacis, & an cum Spiritu in scriptura loquente exactè conveniat? deniq; videant, ne si vel ipsi Christianismi emendationem seriò intendant, sub eo prætextu turbulenta exoriantur fortè ingenia, quæ eandem tragœdiam repeti optent, qualis antea sub ficto revelationum schemate acta fuit.

§. VIII.

Porro in hoc examine

D. Circa res gestas particulares, quando de iis judicandum est, monendum videtur, non esse facilè credenda omnia, quæ vulgò ita circumferuntur, sed omnes circumstantias esse probè examinandas, an etiam hæc vel illa ita gesta fuerint. Solent enim talia subinde diversimodè narrari. Fama crescit eundo. Sæpe rei gestæ occasiones, initia ignorantur, tacentur. Sæpe rei modus variat, atque aliter ab his, aliter ab illis refertur. Auxesi in favorabilibus, meiosi in odiosis interdum locus datur. Atque hoc sæpè pendet ab illorum relationibus, qui in quam partem affectu propendent, in eam mitiores aut liberaliores judicio etiam esse solent. Imò qui amo-

In specialium rerum gestarum examine probè informati prius esse debemus, antequam judicium ferri possit, nec facilè omnia credenda sunt, quæ promiscuè referuntur.

re

re aut odio alicujus rei præoccupati sunt, etiam quando nesciunt aut non putant, affectui aliquid subinde dare solent. Ex terra, quam alluit, rivulus facile aliquid impuritatis trahit ac secum defert. Ita sæpè relationes ab uno ad alterum & sic portò propagatæ solent aliquid trahere de genio, affectu, quin etiam vitio eorum, per quos ad nos deferuntur. Ita omni tempore quædam nimis liberaliter narrata deprehendimus. Possem hoc in hac ipsa materia propriæ experientiæ exemplo confirmare, si opus esset. Ita de Patrum quorundam Ecclesiæ genio *Witsius* judicat lib. I. c. 29 miscell. *Non tamen idcirco necesse arbitror, ut sine discrimine omnia admittamus. Patrum plerorumque stilus ac declamatorium dicendi genus hyperbolicis exaggerationibus scatet: quæ nisi benigniore interpretatione aliquantum juventur, non est ut justam veramque rerum ideam animo repræsentent. Nec dissimulandum Patrum aliquammultos nimiâ laborasse credulitate, & impudenter arripuisse, imprudentius narrasse eo, cui assueti erant dicendi magnifico charactere, quæ tamen scire potuissent, haut satis esse explorata, modo libuisset majore cum judicio attendere* &c. In rebus facti itaque non putem nos meritò reprehendi posse, si omni cautione adhibita, non statim ea omnia, quæ vulgò ita narrantur, pro veris & compertis secundum omnes circumstantias habeamus, quando nec per propriam experientiam, nec per testes fide dignos & omni exceptione majores explorata nobis sunt. Si quæ verò illorum, qui divinas revelationes sibi tribuunt, scripta extent atque ipsæ illæ, quæ pro divinis habentur, revelationes inspici possint, ex iis, quid de earum veritate, θεοπρεπεια, divinitate sit, rectiùs atque incorruptiùs quàm ex promiscuis & incertis relationibus judicari potest.

§. IX.

§. IX.

Insuper notamus

De divinae revelatione certitudo certis niti debet argumentis, quale non est in solis agitationibus corporis.

E. ad concludendum pro alicujus divina revelatione debere esse argumenta certa, infallibilia, atque quæ evidentissimè concludant. Qualis enim aliâs fidei poterit esse plerophoria? Rei momentum suprà §. IV. indicavimus, quod certè gravissimum est; atque si temerè judicare semper periculosum & noxium, hîc certè in re gravissima multò magis, ubi, si ullibi, circumspecti esse debemus. Hîc enim, ne quid de aliis incommodis dicam, quæ ex falsa revelatione pro divina accepta oriri possunt, ipsa salus in discrimen adducitur. Multorum præcipitantiam dies indicavit, quorum exempla nos saltem cautiores reddere debent. Itaque quæ hîc aliquam probabilitatem faciunt aut plausibilia videntur, atque in sensus incurrentia & phantasiæ, harum rerum amanti, impressa nonnullos movent, in iis nondum sufficiens pro divina revelatione deprehendimus argumentum. Ita (1) non sequitur; in hoc vel illo homine videmus singulares planè & violentas corporis agitationes, inter quas verba quædam eloquitur nomine Dei, E. habet immediatum & propheticum Spiritus S. donum. Nam (a) quid de illis motibus sit, in omnibus circumstantiis priùs historicè certum esse debet; Tum verò (b) quærendum restat, annon illi motus à naturæ viribus, corporis dispositione, phantasiæ operatione esse queant? an verò necessariò principium externum & quale requirant?

§. V.

Nec in sola veritatis propositione, aut sanctitate eorum, qui revelationes sibi tribuunt.

Nec (2) si quis, qui in nomine Dei specialiter se venire & loqui affirmat, veritates proponat, quæ ad conscientiam se manifestant, exinde statim sequitur, eum immediatè à Spiritu S. agi. Nam (a) videndum est de eo, an nil, nisi veri

veritates præstantissimæ & salutares, proponatur; de quo ab initio statim judicari non semper potest. Possunt peculiares hypotheses & errores ab initio celari, deinceps demum iis, qui in partes jam tracti sunt, in secretiori commercio instillandi. Et quæ (b) à propositione veritatum ad immediatum divinum impulsum consequentia est? Annon enim homines in Scripturæ lectione versati possunt proponere veritates, præsertim tales, quæ fundamentum salutis concernentes faciles & apertæ sunt, etiam absque immediato divino Spiritûs S. impulsu? saltem hoc in iis, qui veritates fidei sibi notas & familiares reddiderunt, nihil peculiare est; in moralibus æque, si non faciliùs adhuc, fieri potest. Porrò (3) si illi, qui revelationes divinas sibi tribuunt, sancti esse perhibeantur, sufficiens nondum est pro revelationum, quas obtendunt, divinitate argumentum. Equidem de vera sanctitate propriè, qui corda & renes explorat, certò judicat. Nos tamen ex judicio charitatis de omnibus meliora speramus, quando facta protestationi & professioni contraria non sunt. 1. Cor. XIII, 5, 7. Quandoquidem verò nemo in hac vita consummatè sanctus est, utique etiam verè sancti adhuc errare & tentari possunt. Quidni itaque, eorum prævalente phantasiâ in rebus spiritualibus, atque accedente temperamenti calidi fervore fieri aliquando posset, ut immediatè divino se loqui impulsu sibi quidam, licèt non ex rei veritate, persuadere queant, de quo jam suprà diximus. Extare hujusmodi exempla negari nequit; & si negetur, probatu difficile non est. Jam quod in uno, imò in pluribus factum fuit, etiam in aliis fieri potest, nisi certissimis argumentis, quando ad hypothesin devenitur, contrarium evinci queat.

§. XI.

Nec in prædicatione pœnitentiæ &ma-

Nec (4) pœnitentiæ prædicatio certissimum est pro inspira-

inspirationis divinitate argumentum, de quo jam suprà aliquid diximus. Nulla in mundo religiosorum secta est, quæ non pœnitentiæ necessitatem fatetur. Cùm verò non omnis pœnitentia sit vera, non certè illa, quæ non est cum fide, sacrificium Christi plenissimum & unicum apprehendente conjuncta, videndum ergò, qualis illa sit, quæ urgetur, pœnitentia; & an ex prædicatione pœnitentiæ statim instinctus Spiritûs S. immediatus & prophetícus concludi potest? An ergò fieri non potest, ut qui per ordinariam Spiritûs S. operationem de pœnitentiæ necessitate convicti sunt, etiam absque peculiari θεοπνευστια, ex interna convictione, accedente Zelo, pœnitentiam prædicare possint? Nec (5) inspirationis alicujus divinitatem evincit, si, qui inspirati dicuntur, mala subire propter eam parati sint; nam pertinax de operis sui divinitate opinio eundem potest habere effectum, quàm vera & certa persuasio. Quis enim causæ bonitatem & veritatem unicè ex malorum propter eam tolerantia judicare vellet, cùm etiam superstitio idem, quod religio, hac in parte sæpius suaserit. Obfirmatio animi in sententia non semper ejus veritatem arguit. Confer notabile exemplum de Apostolis Monasterienſibus apud *Sleid.* lib. X. Nec denique (6) si enthusiasmus aliqualem habeat apud aliquos successum & applausum, sufficiens pro ejus veritate argumentum est. Nova & speciosa facile plausum inveniunt, præsertim quæ sensus & imaginationem fortiter afficiunt; si quid in mundo novi exoriatur, laudatur ab his, culpatur ab illis. Sed & unusquisque novit, ea sæpè gratis multorum auribus animisque excepta esse, quæ tamen justis rerum æstimatoribus probari minimè potuerunt. Ex quibus causis verò fieri possit, ut etiam quidam cætera pii quid pro divino, quod tale tamen non est, habere possint, suprà

lorum propter pretensas inspirationes perpessione, aut earundem apud quosdam applausu.

diximus. Speciales etiam interdum circumstantiæ hîc captantur, atque ea connectuntur, quæ connexionem non habent, sed casu simul fiunt.

§. XII.

Explorandarum revelationum norma est verbum DEI.

Observamus

F. Normam, juxta quam omnes, quæ circumferuntur, revelationes examinari debent, esse Verbum Dei in scriptis V. & N. T. complexum. Non negamus quidem, Deum immediatè de sua revelatione posse tantam dare certitudinem, ut ille, qui revelationem accipit, ex ipso lumine interno per se, absque collatione ad verbum externum, de ejus divinitate possit esse certissimè persuasus; atque hac ratione Deus procul dubio viros propheticos de interna illuminatione certos fecit; ut enim lux naturalis per se est visibilis, & ut intellectus naturalis reflectitur supra seipsum, sic etiam lumen hoc divinum intùs implantatum per se tanquam tale sentitur, cognoscitur & ab aliis omnibus infallibiliter distinguitur, ut nemo hîc falli possit aut fallatur, nisi qui non habet. Imò Deus etiam de prima revelatione alios convincere debuit immediatè absque collatione ad verbum scriptum, ex criteriis & argumentis primæ revelationi impressis & cum ea conjunctis, ad conscientiam se manifestantibus. Quando enim nondum extabat verbum scriptum, exploratio ad illud fieri non poterat. At verò postquam verbum scriptum, quod à Deo esse certissimè novimus, Ecclesiæ traditum fuit, utique illud norma esse debet, juxta quam omnia explorari, cui convenire debent. Et quicquid ab eo dissentit, procul dubio tanquam falsum rejiciendum est. Es. IIX, 20. Luc. XVI, 29. Rom. XII, 6. 1. Pet. IV, 11. 2. Tim. III, 15, 16. Tit. I, 9. 1. Tim. VI, 3, 4. Ita Moses, primus revelationum divinarum scriptor, fidelis fuit in tota domo DEI, in *testi-*

in *testimonium eorum, quæ dicenda erant* Hebr. III, 5. Prophetæ ad Mosen provocant Esa. IIX, 20. Mal. IV, 4. Christus, Propheterarum omnium maximus, non renuit explorari ad Mosen & Scripturas Joh. V, 39, 46. Paulus se nihil dixisse ait extra Mosen & scripturas Act. XXVI, 22. Adde 2. Pet. I, 19. Cùm itaque de scripturæ divinitate simus certissimi, cùm illa sit norma perfecta & perspicua, cùm denique Christus & Apostoli, qui divinæ missionis suæ obsignativa & irrefragabilia habebant argumenta, ad Mosen & Prophetas provocaverint, ex iis probationes adduxerint, atque secundum illos examinari voluerint, procul dubio, si alii oriantur, qui Prophetas se esse ajunt, & qui nulla, præterquam quòd internam sibi convictionem adesse dicunt, adducere queunt argumenta, ad Scripturam Sacram tanquam ad normam & lapidem lydium eorum exploratio instituenda venit.

§. XIII.

Hoc posito

Nota quædam probationis eorum, qui sibi Propheticum instinctum falso tribuunt, proponuntur.

G. Sequentes aliquot addimus notas negativas, ex quibus de falso Propheta judicare possumus. Quanquam enim non statim sequatur, cui unum vel alterum horum criteriorum adest, verum esse Prophetam, in quibus tamen contrarium eorum deprehendimus, tutò pro falsis habere licet.

I. Cujuscunque doctrina non consentit in omnibus cum Sacra Scriptura, non est verus Propheta. Verbum illud purissima veritas est, quod DEUS mentiri nescius Tit. 1, 2. locutus est. *Dicta Jehovæ dicta pura sunt, argentum purgatum in catino lectissimo terræ, defæcatum septies* Ps. XII, 7. Iac illud sermonis sincerum, ἀδολον est 1. Pet. II, 2. Quicquid ergo huic verbo contrariatur, à Deo non est. Certè lumen lumini contrarium esse nequit. Et

contraria simul vera esse non possunt, nam impossibile est idem simul esse & non esse; quod est principium omnis veritatis, quo everso non tantùm nihil in religione, sed ne in natura quidem certi supererit, verùm in scepticismum ruent omnia. Deus se ipsum abnegare nequit. 2. Tim. II, 13. Imò si contraria revelari supponas, ad credendum obligatio ulla esse nequit, nam ad contraria & ασυγατα simul credendum obligari nemo potest.

II. *Cujuscunque doctrina non tradit mysterium plenæ salutis in Christo tanquam unico & perfecto servatore, qui à Patre missus satisfactione sua nos à peccatis liberavit & per Spiritum S. nos sibi unit & sanctificat ad vitam æternam obtinendum in communione sua, non est verus Propheta.* Patet ex locis 2. Cor. XI, 2-4. Gal. I, 6-9. 1. Tim. VI. 3, 4. 1. Joh. IV, 1-3. 2. Joh. v. 7-10. Eph. II, 20-22. 1. Cor. III, 11. Christus tanquam unicus Salvator, qui serpenti caput contereret, annunciatus fuit in paradiso Gen. III, 15. Hæc promissio dein repetita, confirmata, illustrata, aucta fuit, atque omnes pii eam fide amplexi fuerunt Luc. X, 23. 24. Joh. VIII, 56. Act. IV. 11, 12. Hebr. XI. Act. XV, 11. Eandem Prophetæ omnes annunciarunt Act. X, 43. 1. Pet. I, 11. typi adumbrarunt Col. II, 17. Rom. X, 4. atque totius Evangelii summa est doctrina de Christo 1. Cor. I, 23, 24. & 1. Cor. II, 2. *Non statui quicquam scire inter vos nisi Jesum Christum, eumque crucifixum.* Quicquid ergò ab hac doctrina salutis per Jesum Christum partæ & per Spiritum ejus applicandæ abludit, à Deo esse nequit. conf. supra cap. IV. §. 2.

III. *Quicquid in doctrina morum non convenit cum sanctitate Dei & lege, sanctitatis divinæ ectypa, humana verò exemplari, à DEO esse nequit.* Quemadmodum enim

enim Deus per naturam sanctus est, se atque sanctitatem suam amat, sic quicquid ab illo proficiscitur, sanctum esse debet. Deut. XXXII, 4. Ps. XXXIII, 4. 1. Pet. I, 15. 1. Joh. I, 5. Quod vel ipsa ratio clarè docet.

§. XIV.

IV. Quicunque præmisso nomine Dei aliquid prædicit, cui eventus non respondet, non loquitur in nomine DEI, nec verbum Dei. Nam quoniam Deus est Deus veritatis, nihil falsi ab ipso esse potest. Et si vel multa implerentur, in unico verò clarè & apertè posset ostendi, quod impletum non sit, certissimum est, illud verbum non esse à Deo. Nam à Deo nihil falsi est; atque in eo spiritus veritatis & falsitatis distinguitur, quòd ille semper verum loquatur, hic verò misceat falsis vera; nam si tantùm falsa loqueretur, nullum habituta essent applausum, atque fraus nimis crassa apertè in oculos incurreret. DEI verò verbum purum est, & quicquid Deus *absolutè* prædixit, illud omne impletur secundum omnes, minimas etiam & maximè casuales, circumstantias. Esa. XXXIV, 16. Ps. XXXIII, 4. Num. XXIII, 19. 1. Sam. XV, 29. Matth. V, 17, 18. *Ne existimate me venisse, ut dissolvam legem aut Prophetas; non veni, ut eam dissolvam, sed ut eam impleam. Amen quippe dico vobis, usque dum præterierit cœlum & terra, Jota unum aut unus apex nequaquam præterierit ex lege, usque dum omnia facta fuerint.* Nec ullum verbum eorum, quæ Deus dixit, in terram decidit 1. Sam. III, 19. Si enim in uno impleretur verbum Dei, in altero non, nullam de divinis promissionibus certitudinem habere possemus, imò nesciremus, quod impletur, casu, an vi prædictionis fieret. Atque hinc sæpè observamus, in prædictionum divinarum implemento, etsi omnes circumstantiæ

Alia nota adduntur.

cumstantiæ contrariæ viderentur, atque eventus à causis maximè casualibus & divinæ intentioni etiam contrariis suspensus esset, omnia tamen per occultam Dei sapientiam atque potentissimam vim ita directa fuisse, ut divinæ prædictioni sua veritas & implementum constiterit Mich. V, 2. coll. Luc. II, 1-7. Quid hîc de prædictionibus absolutis & conditionatis monendum sit, suprà Sect. I. dictum, authoresque qui de hisce ex professo, accuratè & solidè egerunt, solutis etiam in contrarium objectionibus, indicati fuerunt. Cætera falsi prophetæ notam esse, si verbum ejus non venerit, Scriptura ipsa directè asserit. *Quòd si dicas in animo tuo, quomodo cognoscemus verbum illud, quod non elocutus fuerit Jehova? Quod fuerit locutus ille propheta in nomine Jehovæ, si non erit illud verbum, neque evenerit, hoc illud est verbum, quod non elocutus est Jehova: superbè illud eloquutus est Propheta ille, ne timeto ab eo* Deut. XVIII, 21, 22. *Verùm tamen audi quæso verbum hoc, quod ego loquor, te audiente & audiente toto hoc populo. Prophetæ illi, qui fuerunt ante me & ante te inde à seculo; Illi prophetarunt contra regna magna bellum, & afflictionem famis & pestem. Propheta ille, qui prophetat pacem, quùm evenit verbum illius Prophetæ, cognoscitur ille Propheta esse, quem misit Jehova verè* Jer. XXVIII, 8, 9.

V. *Qui ordinem à Deo constitutum evertit, non est à Deo.* In Republica is ordo est, ut subditi pareant Magistratui. Rom. XIII, 1, 2. 1. Pet. II, 13, 14. In Ecclesia, ut per ministerium Pastorum verbi & Sacramentorum fiat dispensatio. Quicquid ergò hunc ordinem evertit, est contra institutionem Dei, confusionem parit, atque non est à Deo, qui est Deus ordinis & pacis. Cultûs quidem divini sub Vet. T. forma abrogata est sub N. T., sed illa erat

erat umbratilis, imperfecta, atque pro illo temporis statu instituta, atque ejus abrogatio jam olim prædicta erat, utpote quæ cum adventu Christi & impetratæ salutis statu consistere non poterat. Nec per minora tamen signa & miracula veteris cultûs forma abrogata est, quàm olim introducta fuerat; atque illud omne, ut jam diximus, secundum Prophetarum oracula factum fuit. Cultûs verò N. T. forma cum N. T. statu convenit, atque ratione dispensationis verbi & Sacramentorum durare debet usque ad finem mundi Matth. XXVIII, 19, 20. Eph. IV, 11-14. 1. Cor. XI, 26.

CAP. X.

De hodierno quorundam enthusiasmo.

THESIS.

Qui nostro tempore internas divinas inspirationes & eloquia, inter violentas corporis agitationes, habere dicuntur vel falsitatis & gravissimorum errorum clarè convinci possunt, vel saltem, meo quidem judicio, non producunt argumenta, quibus divinum & extraordinarium instinctum certò demonstrare queant.

§. I.

IN superioribus novarum revelationum possibilitatem, quanquam certo modo, concessimus, plurimas verò confictas in medium prolatas fuisse quoque ostendimus. Quid itaque de hodiernis, quæ circumferuntur, revelationibus nobis videatur, dicendum nunc est. Historiam *Historica quædam de novo enthusiasmo proponuntur.*

hodierni enthusiasmi, quomodo in Gallia ortus sub finem præteriti seculi, dein in Angliam delatus, mox etiam per Belgium, Germaniam aliasque Europæ partes sparsus fuerit, utilissimam aliâs cognitu ad judicium in hac materia rectè formandum, hîc non repetimus. Legi illa possunt in Cl. *Langii* nöthigen Unterricht von unmittelbahren Offenbahrungen Sect. II. & Rev. *Heineccii* schrifftmäßigen Prüffung der so genanten neuen Propheten und ihres außerordentlichen Zustandes Cap. I. Inter ea, quæ in Anglia contigerunt, valdè memorabiles sunt de *Emesii* resuscitatione plurimæ factæ promissiones, quæ non impletæ spiritum, illarum auctorem, manifestò falsitatis coarguunt, de quo in seqq. Exhibet nobis eas prædictiones Cl. *Langius* lib. cit. p. 77. & seqq. ex tractatu, *Avertissemens prophetiques de Monsieur Jean Lacy Gentil homme Anglois &c.* Notabilis etiam est duplex profectio, quam quatuor illi, *Elias Marion*, *Johannes Allutus*, *Nicolaus Facius*, *Carolus Portales*, ex mandato spiritûs, ut ajunt, susceperunt. Altera A. 1711. facta, Viennam Austriæ directa erat, in qua varia in Germania loca, Magdeburgum, Berolinum, Lipsiam, Noribergam, Ratisbonam adierunt atque ibidem ad tempus aliquod substiterunt. Alterâ, A 1712. & 1713. peractâ, vastissimum terræ spatium emensi fuerunt. Nam ex Anglia per Belgium profecti Hamburgum, Lubecam, Holmiam iverunt. Ex Suecia reduces, per Prussiam Polonicam iter prosequentes inter alia loca, Gedanum; dein Lipsiam, Halam Saxonum devenerunt. Quid verò Halæ contigerit Rev. *Heineccius* exhibet lib. cit. cap. I. à §. 15-21. Inde per Moraviam & Hungariam Constantinopolin progressi fuerunt. Constantinopoli in Italiam delati sunt, ubi *Elias Marion* in portu Liburno mortuus fuit. Reliqui tres Romam profecti secundam etiam

ut

ut ipsi vocant, legationem absolverunt. De iis, quæ in Gallia facta esse feruntur, agitur im heiligen Schauplatz der Landschafft *Cevennes*, de quo libro notandum tamen est, auctoritatem & veritatem ejus historicam valdè impugnari per alium librum ei oppositum, *l' Examen du Theatre sacré des Cevennes*, quem quidem videre hactenus mihi non contigit, in quo præcipua asserta des heiligen Schauplatzes &c., referente Rev. *Heineccio* & exemplis illustribus hoc ipsum confirmante lib. cit. cap. I. §. 5., cum seria asseverationè ab iisdem, quorum im heiligen Schauplatz mentio fit, vel ab aliis rejiciuntur. Itinera verò quatuor superiùs memoratorum atque duorum ex illis effata, quæ in variis locis à Deo accepisse se ajunt, continent libri, quorum sunt tituli: Alarm-Geschrey/ zur Warnung den Völckern / daß sie außgehen aus Babylon/ der Finsterniß/ umb einzugehen in die Ruhe Christi. Et; *delineatio justitiæ divinæ super terra his ultimis diebus exercendæ & restitutionis ab hominis lapsu per peccatum.* Et; *Ubi devastaveritis, devastabimini, nam lux in tenebris enituit, ipsas ut deleat.*

§. II

Ex brevi verò hac descriptione historica satis liquet, quòd, qui in Germania nuper in similem inspirationis & agitationis statum inciderunt, à Gallis hisce inspiratis, per varia loca profectis, sive immediatè sive mediatè excitati fuerint; quod si non de omnibus & singulis probari queat, quomodo saltem de plerisque negari possit, non video. Nam ità legitur expressè im Alarm-Geschrey Num. 46. das Wort des HErrn wird sich in dieser Stadt (Berlin) lassen hören. Ihr werdet sie in Verwirrung / in Auffruhr sehen wegen des Worts. Viele werden es hören

Enthusiasmi in nostris regionibus origo à Gallis quibusdam inspiratis per Germaniam profectis deducitur.

und es preisen / die es in ihrem Hertzen werden schmähen. Viele werden Lust und Geschmack darin haben. **Die Nation soll von meinem Geist besucht werden / der HERR wird euch nicht von dannen nehmen / biß ihr den Saamen alda gelassen habt / der die Frucht soll herfürbringen / die ihr davon erwartet** & num. 47. Alles hat seine Zeit. Eine Zeit zu pflantzen / eine Zeit einzusamlen. **Ich habe euch in dies Land geschickt zu pflantzen und auch einzusamlen.** Warumb bleibt ihr müßig stehen / Euer Müßiggang wird euch zugerechnet werden / so ihr euch länger säumet euch meinem Volck bekand zumachen. Idem etiam Halæ promissum fuit: Es werde ein Saame von ihrem Geiste zurückbleiben / und auff einigen ruhen / daher sie auch Befehl gaben die Versamblungen in ihrer Abwesenheit fortzusetzen &c. *Rev. Heineccii* schrifftmäßige Prüffung &c. cap. I. §. 15. Ubi etiam additur, quomodo per literas ex Anglia & alios ex Belgio accedentes inspiratos confirmati fuerint. Verba ipsa, in quibus Halæ Magdeburgicæ semen relictum iri promittitur, extant in lib. *Ubi devastaveritis, devastabimini* N. XXVI. *An creditis hinc* (Halâ) *me profecturum meo istic non relicto semine? An creditis me profecturum nullo hîc relicto teste? An creditis à me nullum hîc relictum iri testem, me in hunc locum descendisse? Imò testimonium hîc omninò relinquam, quod quidem tubicen erit præeuntem anterius vocem confirmaturus. Id faciam ego; id effectum præstabo. Dixi equidem, idque mecum sic ego constitui quendam testem, certum quendam testem penes vos relictum iri, qui post vos exsurget, clamabitque, profectò nos visitavit Dominus, populum visitavit ille suum. Quem cùm visitavit, sui spiritus reliquit virtutem, ejus operationem ad demonstrandum eum cum suis ambulare,*

ambulare, ipsiusque virtutem proprio in verbo inesse. Quod erit aliquando testimonium illum me esse, qui vos in hanc civitatem misi, id ego vobis declarare vòlui. Ex iis verò locis, in quibus sui spiritus semina, uti loquuntur, Galli inspirati sparserant, alii jam iterum ad loca alia digressi hæc, quæ vocant, spiritûs dona latiùs propagarunt, uti res ipsa & historicæ relationes satis loquuntur. Quando ergò hanc, quã vocant, spiritûs novam Oeconomiam ab hominibus derivari nolunt, sed ab immediata & gratiosa voluntatis divinæ dispensatione provenire ajunt, qui promissa ultimis temporibus Sp. S. dona effundere nunc cœperit, hæc quæstio adhuc est, de qua nunc statim videbimus; interim horum motuum excitationem à Gallis hisce in nostras regiones illatam esse negari nequit.

§. III.

Primum contra novas inspirationes argumentum petitur à promissionibus non impletis.

Quando verò nunc propheticam illam, ut volunt, spiritûs dispensationem ad examen revocamus, plura prædictionum videmus exempla, quibus eventus non respondit, sed potius falsas esse ostendit. Ita legimus im heiligen Schauplatz ꝛc. p. 45. Ich sage dir mein Kind / glückselig werden diejenigen seyn / welche das 1706te Jahr sehen werden. Es werden grosse Dinge geschehen / und das wird dennoch das Ende nicht seyn. Ich sage dir mein Kind / deine Brüder werden zerstreuet werden / dann die Erlösung wird nicht durch die Gewalt der Waaffen / sondern durch die Krafft ihres Gebets kommen. Mein Kind / ich sage dir / sie werden mein Lob auff den Gassen singen / und ihre Feinde werden kommen / und vor ihnen nieder fallen / der König wird von diesem grossen Geschrey hören / und wird sich dessen erkundigen: Er wird fragen was diese

Kinder thun? man wird ihm antworten / daß sie zu GOtt beten. Und er wird sagen: man lasse sie zu frieden in ihrem Gebett Quilibet verò facile videt prædictioni implementum deesse, nam nec singularis felicitas anno 1706. obtigit illis in tractu Cemmenio, nec hostes à furore suo remisere, nec denique Rex illis placatior factus est aut religionis libertatem concessit. p. 50. legitur: Ein Kind von 6. Jahren weissagete auch von einigen Dingen / und sagte unter andern / daß im Jahr 1708. ein Theil von der grossen Babylon würde zerstöret werden. Lector judicet, an præfato anno magnæ Babyloni, quocunque sensu accipiatur, clades illata, aut ejus pars quædam collapsa fuerit. Sic ab initio, cùm Elias Marion in Angliam venisset, de reditu in Galliam & futura denuò consertione manus cum hoste frequenter locutus est. Ita ab initio statim in lib. *Avertissemens prophetiques de Mr. Marion.* citante Rev. *Heineccio* c. I. §. 8. Der Teuffel ist im Begriff die schönen Verheissungen / die ich euch gegeben / zu vernichten / die Trompete erschallet / Feuer / Donner und Blitz sind bereit vor deine Feinde; weil viele Leuthe kommen aus blosser Neugierigkeit / so will ich nicht / daß mein Wort einem solchen Volck soll offenbahret werden / mache dich bereit mit ehesten aus diesem Lande zu gehen / und zu deinen Brüdern zu reisen umb daselbst mehr als jemals zuschlagen. Hæc sæpiùs repetita fuisse idem Rev. *Heineccius* notat c. IV. §. 31. Du wirst bald aus diesem Lande reisen / alles schicket sich an zum schlagen. Porrò: Mein Kind / du hast dich nicht lange in diesem Lande auffzuhalten / bereitet euch zu schlagen / Iterum: Ich will meine Kinder ruffen / umb mehr als

jemals

jemals zu schlagen. Pluries adhuc eadem loc. cit. occurrunt. Atqui verò hîc iterum implementum deficit, nam nec ab illo tempore bellum inter Regem & eos, qui arma ceperant in tractu Cemmenio, instauratum, nec *Marion* unquam in Galliam reversus est, sed a. 1713. in Italia diem suum obiit. Quid ergò dicemus? Anne prædictiones tales ab eventu destitutas Deo loquenti adscribemus? Absit: nam & scriptura & ratio de DEI veracitate nos convincit, imò hoc fundamentum est omnis certitudinis atque religionis; verborum DEI nullum in terram cadit; promissiones Deus exactè, observato anno & die, implet Exod. *XII*, 40, 41. Anne etiam per prædictionum absolutarum & conditionatarum distinctionem hæc omnia expediri possint, lector judicet.

§. IV.

Emesii in Anglia resuscitatio cum omnibus circumstantiis per inspiratos sæpius prædicta fuit.

Sed aliud prædictionum non impletarum addimus exemplum de *Emesio* ex morte resuscitando in Anglia, quod licèt jam à Cl. *Langio* fusè expositum sit atque pro crambe recocta haberi possit, tanti tamen in hoc negotio momenti esse mihi videtur, ut omitti nec debeat nec possit. Ita etiam in ejus tractatione versabimur, ut non planè nihil nos ad ejus elucidationem addidisse pateat. Rem omnem cum suis circumstantiis proponit Cl. *Langius* atque prædictiones plurimas de resuscitatione *Emesii* factas recenset pag. 77. & seqq. Amplexus fuerat Londini Emesius inspiratorum partes, & cùm d. 4. Dec. 1707. cephalalgiâ gravissimâ correptus d. 22. mortuus & d. 28. ejusd. sepultus esset, & ante mortem atque sepulturam quædam, post utramque plurimæ factæ sunt de ejusdem d. 25. Maji sequentis anni futura resuscitatione prædictiones, quibus nudè & apertè, designato mense & die & instrumento resuscitationis non

semel

semel aut iterum, sed sæpiùs, non per unum aut alterum, sed plures, qui inspiratorum cœtui addicti erant, resuscitatio Emesii tanquam maximum miraculum promissa fuit. Et quidem tantâ confidentiâ Spiritus agitator de futura resuscitatione Emesii locutus est, ut prædictiones de ea factas typis vulgari jusserit. Zu eben der Zeit und an dem Orte rede J. L. in der Bewegung/ man soll das drucken lassen/ was von meinem Knecht gesagt ist/ die Aufferstehung betreffend. Nur dieses was er gesagt (er wieß auff J. P.) und das/ was directè dieser halb durch meine andere Knechte vorher bezeuget ist. Nec deinceps eandem rem toties totiesque repetere intermisit spiritus. Seit dem wir ordres bekommen/ besagtes drucken zu lassen/ haben noch viele andere *inspirirte* Personen von der Aufferstehung des besagten Todten auff bestimte Zeit Zeugniß gegeben. Cl. *Langius* p. 95. Usque adeò testimonium de *Emesio* commune tum erat inspiratorum Londini argumentum.

§. V.

Prædictio resuscitationis Emesii magni est in negotio inspiratorum momenti, eaque non impleta lethale ei vulnus imulit.

Et cùm adeò sæpè & per tam multos facta fuerit illa prædictio, atque non nisi illi spiritui, qui omnes illos inspiratos agebat, & quem illi in omnibus eundem atque divinum esse putabant, tribui possit, facilè patet ad seriem, nexum & authores propagationis harum inspirationum attendentibus, hunc casum de *Emesio* non posse nec debere spectari tanquam *particularem*, tanquam talem, à quo non liceat argumentari, sed omninò tanquam centrum, animam & præcipuum fulcrum debere considerari, quo, si ita evenisset, inspirationis negotium valdè confirmatum fuisset tanquam per magnum miraculum à pluribus & sæpiùs prædictum; Eventu verò in contrarium cadente meritò

ritò dicimus inspiratorum, qui partim ex Gallia in Angliam delati, partim ibidem iis adjuncti, partim ex eo cœtu in Germaniam profecti, omnes tamen ejusdem spiritûs vinculo inter se connexi Emesii resurrectionem sæpiùs prædixerunt vel prædictioni fidem habuerunt, causæ lethale planè vulnus illatum fuisse. Eadem enim erat inspiratorum societas, in qua promissio de resuscitatione Emesii ad nauseam usque repetita & à reliquis credita fuit. Eodem verò etiam spiritu agitati ejusdemque societatis membra fuerunt, qui, per Germaniam duplici itinere facto, spiritûs sui semina hinc inde sparserunt, latiùs deindè per alios propaganda. Doctissimus *Bulckeley* novæ dispensationis fervidus hyperaspistes in futura illa Emesii resuscitatione magnum meritò ad causæ decisionem momentum posuerat. Nam postquam Eques *Lacy* scripserat, wenn nicht innerhalb 6. Monathen von jetzt an gerechnet/ GOtt durch seine Allmacht bezeuget/ daß diese Offenbahrungen von ihm seyn/ so will ich vor aller Welt bekennen/ daß ich betrogen sey/ zu dessen Bezeugung ich mit meiner Hand dieses unterschriebe den 29. Octobr. 1707. John Lacy. *Bulckeley* ita mentem suam declarat, daß eben diese 6. Monathe des Mr. Lacy nebst der Aufferweckung des Doctor *Emes* die Entscheidung geben würden/ ob diese Prophecеyungen von GOtt seyn/ oder nicht? Vid. Rev. *Heinecceii* historische Nachricht ꝛc. c. I. §. 13.

§. VI.

Imo spiritus ipse futuram illam *Emesii* resuscitationem tanquam certissimum argumentum veritatis & divinitatis inspirationum, eloquiorum & agitationum allegavit, & ex ea dijudicari voluit. Ita enim in revel d. 25. Dec. 1707. facta dicitur: Derohalben/ o ihr/ die ihr mir gehorchet! *Resuscitatio Emesii ab ipso spiritu tanquam certissimum argumentum divinitatis inspirationum proponitur.*

horchet! ihr die ihr habt gehöret meine Stimme/ und die ihr sagt/ wir wissen/ daß dies die Stimme GOttes ist/ bald will ich euer Gebett erhören/ bald will ich unverwerffliche Proben darlegen/ daß dieses warhafftig mein Wort ist/ und daß diese außerordentliche Bewegungen in meinen Kindern durch die Wirckung meines Geistes verursachet sind. Die Heilung eines Blinden/ die Gesundmachung anderer Krancken und die Erweckung eines seit etlichen Monathen begrabenen Todten sollen davon unläugbahre Beweise seyn oder solte das nicht in der That eine genugsahme Probe seyn &c. & in rev. d. 28. Dec. 1707. factâ hæc leguntur. Es ist mir eben so leicht/ durch den Mund dessen/ welchen ich erwehlet zu befehlen/ zu befehlen/ sag ich/ daß mein verstorbener Knecht aus seinem Grabe hervor gehe/ als leicht es mir ist/ diesem hier/ welcher nichts anders ist/ als ein Zeichen/ so ihn vorstellet in seiner Todes-Gestalt/ zu befehlen/ daß er sich auffrichte (hie nahm er J. C. bey der Hand/ welcher so fort von der Erden/ worauff er lag/ auffstund und auff die Beine trat) wird nicht meine Herlichkeit alsdann offenbahr werden? wird sie nicht denen das Maul stopffen/ welche sich gesetzet haben wieder die Erscheinungen/ womit ich deine Kinder begnadiget? Darum nimm wahr dieses Worts/ welches ich dir sage und gedencke dran. Meine Gerichte sollen diese Mäuler/ diese Leuthe/ welche andern bezeuget haben/ daß sie diesen Tag nicht sollen glauben/ unmittelbahr treffen. Der Character eines Predigers &c. & porrò; Die Aufferstehung eines Todten/ welche ich würcken werde durch den Befehl/ so ich stellen wil/

wil/ durch den Mund meiner Knechte/ ist ohne alle Wiederrede ein gröſſer Wunder als dasjenige/ so euer Heyland bewieß/ als er Lazarum erweckte/ Dann ich sage euch/ daß Lazarus nicht mehr als 4 Tage im Grabe war/ aber mein Knecht wird viel länger darinnen seyn. Ja ich sage euch/ daß er mehr Monathe darinn seyn wird/ als Lazarus Tage. Ist das nicht Zeugnüß genug/ daß hie ist GOttes Finger? O ihr Völcker/ was sagt ihr dazu! vermag auch wohl eine andere als eine unendliche Krafft einem verwesenen oder gar verfaulеten Cörper das Leben wieder zu geben? & in eadem revel. amplius: Sie werden diesen herrlichen Leib sehen/ aber sie werden nicht glauben/ daß ers sey/ jedoch millionen Menschen werden durch dieses Mittel glauben/ dann eben in dieser Absicht bezeugete ich ihm vor seinem Todt/ daß ich ihn hette zu einem außerordentlichen Knecht erwehlet. In dieser Absicht/ sage ich/ geschahe es/ ob ich ihm schon nicht deutlich sagte/ daß solches sein Ambt wäre. Aber gleichwie er gestorben ist im Glauben/ daß er wunderbahrer Weisse wieder aufferstehen würde/ so sol er sich selbst in dem Gemache/ worin er gestorben ist/ zur Belohnung seines Glaubens lebendig sehen. Solche/ die es sich damals hätten vor eine grosse Mühe geachtet ihn anzurühren/ werden lauffen umb ihn zu umbarmen/ und sagen: Du Knecht des lebendigen GOttes/ der du hast Gelegenheit gegeben/ daß seine Herlichkeit sich offenbahrete in ihrem vollen Glantz/ wir loben unsern GOtt deinethalber/ denn du bists in Wahrheit/ welchen er hat zum Werckzeuge gemacht mehr Seelen zu bekehren/ als sonst die Krämer meines Worts viele 100. Jahre her

wohl nicht bekehret haben &c. Videmus clarè resuscitationem Emesii promitti tanquam certum divinitatis harum inspirationum argumentum & medium conversionis multorum. Sed verò quis tandem eventus? scilicet tantus verborum hiatus, magnificus ille sermonis apparatus in nihilum recidit. Paucis verbis Christus subindè resuscitationem promisit, gloriosè verò præstitit. Hîc verò mira & ingens verborum pompa, in re ipsa nihil. Qui designatus erat resuscitationis minister, diffisus ipse fuit. Reliqui etiam non ausi fuerunt prodire forâs, quando 25. Maji, qui tanto miraculo destinatus erat, illuxerat; *Emesius* in sepulchro mansit. Turpiùs prostituere causam non potuit spiritûs agitator. Ubinam unquam Deus divinitatem verbi sui à re nunquam futura, & quam ipse futuram non esse noverat, suspendisse legitur?

§. VII.

Solvuntur duæ propraedictionum de resuscitatione Emesii veritate exceptiones.

Quid enim hîc excipi aut opponi cum aliqua specie possit, non video. Anne quis dicet improprio & prophetico, nescio quo, sensu hæc intelligenda esse? Sed prædictiones nimiùm apertæ, claræ, circumstantiatæ sunt, ut qui hîc ex sensu proprio, literali, historico, mysterium facere velit, facilius ex albo nigrum, ex die noctem facere possit? Et si in explicatione à litera facili & simplici recedere, atque ubi sensus historicus clarè innuitur, alium, nescio quem, spiritualem fingere velimus, quanti illud sit periculi, si cum Scriptura eodem modo agatur, lector facile videt. Vel anne quis dicet, menses propheticos esse intelligendos? Sed in revel. d. 29. Decembr. 1707. expressè dicitur: Meine Kinder / in wenig natürlichen Monathen werdet ihr gröſſere Wunder würcken sehen als das so ich selbst an Lazaro bewiesen. Als ich Lazarum erweckete /

weckete / waren nicht mehr als 4 Tage / daß er im Grabe war. Ich befahl / daß der Stein vom Grabe möchte weggenommen werden: Aber ihr und die Einwohner dieser Statt sollet in wenig natürlichen Monathen meinen treuen Knecht / welcher in gegenwart der Menschen ist begraben worden / sehen aufferstehen. Et alia in revel. d. 1. Jan. 1708. expressè non semel, sed ter *25. dies Maji* futurus dies resuscitationis designatus est.

§. VIII.

Anne dicent promissionem *conditionatam* fuisse, non absolutam, atque per instrumenti, per quod miraculum futurum erat, *απιστιαν* imò & peccatum, quando nempe Eques Anglus *Lacy* repudiata uxore aliam in matrimonium duxerat, factum esse, ut resuscitatio Emesii secuta non fuerit. Verùm quod posterius attinet, tanquam spiritu authore factum, illud defensum fuit. Et nisi me fallat opinio, huc etiam pertinent verba in rev. XIX. *in delineatione justitiæ divinæ* &c. *Itaque nunc audite, quid Deus omnipotens dicat, is qui justus vocatur: Signum, quod nuper vobis dedi, in uno ex Prophetis & in una ex Hierosolymorum filiabus; quæ Hierosolyma sic vocantur, nempe novum fœdus nunquam disruptum futurum. Hoc signum quam veritatem contineat jam vobis attigi, sed neutiquam in tota ejus extensione, plurimum abest. Hoc saltem quod vobis jam narraturus sum atque declarationi à me vobis jam factæ additurus, discite. Prophetæ uxor repræsentat eam rejectionem, quæ ego Israëlem jam jam rejecturus sum, magnam, inquam, eorum partem, qui sese Christianos dicunt. Eum novæ Hierosolymæ filiam ducere jussi, i.e. novæ œconomiæ, novi fœderis, ut hoc signo vobis multæ res exprimerentur. Una est Pseudo-Prophetas cum Hierosolymorum filia concubuisse ipsamque contaminasse,*

Solvitur exceptio de promissionibus conditionatis atque futuri resuscitationis ministri indignitate, & prima prædictionis absolutæ nota proponitur.

minâsse, cùm unicus Propheta Christus ipsam ducere deberet, ut prægnans facta justitiam pareret. Id quidem spirituale est, quod ipso signo vobis repræsentatur. Ecce jam rem alteram, scilicet Deum rerum omnium Creatorem venire, ut, quæ nullum habet maritum, eam in uxorem ducat. Ipsam in suo jam jam collocaturus est throno, in sua nuptiali domo, quam ipsi apparavit. Hæ sunt nationes, ubi tenebræ jacent. Si itaque spiritus divortium approbaverit, quemadmodum ipse *Lacy* defendere voluit atque verba citata eodem pertinere omninò videntur, dici non potest per illud indignum factum fuisse Equitem *Lacy*, qui esset instrumentum resuscitationis Emesii. Si verò illud divortium malum sit, uti procul dubio est ex doctrina Christi, concludere licet, quid de spiritu sentiendum sit, qui illud approbavit. Nec promissio de resuscitando Emesio pro *conditionata* haberi potest. Nam hac ratione omnes promissiones, quantâvis etiam asseverationc factæ pro conditionatis haberi & in nihilum recidere possent. Quæcunque enim absolutarum promissionum criteria esse possunt, ea hîc omnia in universum concurrunt eaque omnia si conjunctim hîc spectentur, firmissimum argumentum præbent, hanc promissionem non posse pro conditionata haberi. Nusquam enim in universa scriptura in promissione quadam conditionata Deus tot tantisque asseverationibus usus fuit. Nam (1) si pro absolutis habentur prædictionibus, quibus singulares eventus cum suis circumstantiis & definitione temporis, loci, modi, personarum prænunciantur, ea hîc omnia determinata esse videmus. Ita in revel. d. 5. Dec. res ipsa, resuscitatio Emesii, & locus ad quem rediturus sit, definitur. Wenn ich dir das Leben nehme/ so will ich dirs auch wiedergeben. Du solt hier zurück kehren in dein eigen

eigen Hauß & in rev. d. 25. Dec. expresse designatur quis futurus sit resuscitationis minister. Ich will auferwecken den Leib meines Knechtes/ so jetzo gestorben/ durch den Dienst meines Knechts *Lacy*. Porrò rei certitudo in rev. quad. d. 25. Dec., quæ erat dies sepulturæ, clarè proponitur, atque de identitate corporis ejusque qualitatibus & gloria sermo fit: Indicatur finis resuscitationis; Er wird das Zeugnis ablegen/ worzu er berufen ist. Et in revel. d. 28. Dec. nomen resuscitandi, & ejus per quem resuscitandus, & modus resuscitationis proponitur, atque in figura quadam repræsentatur: Der Tag an welchem mein Knecht *Emes* auferstehen wird/ ist bekand gemacht (hie warf ihn (J. P.) der Geist auf den Boden/ alwo er gestreckt als ein Todter liegen blieb ohne Bewegung und ohne Athem. Etliche Zeit hernach wurd er ergriffen auf einmahl mit einem Zittern in allen seinen Gliedern/ in den Füssen/ Beinen/ Händen/ Armen und Schultern. Darauf hohlte er etwas Odem/ welches mählig stärcker ward. Nachdem er nun einige Zeit in diesem Zustand gewesen/ so sagt er) die Würckung meines Geistes über seinen Leib wird machen/ daß die Erde/ welche ihn bedeckt/ sich von selbst aufthun wird. Ihr solt die Erde so über ihm liegt/ nicht von ihm wegthun. Nem/ er wird ohne das solcher Gestalt auferstehen/ (darauf richtete er den Kopf und den Leib in die Höhe und stelte sich dar als ein sitzender Mensch.) Ich will befehlen durch deinen Mund (er wandte sich mit dieser Rede zu J. L. welcher nahe bey ihm saß) und du solt ihn auferwecken. Da streckete er die Hand aus/ fasste J. L. bey der Hand/ richtete sich in die Höhe und stund auf. Porrò in alia revel. d. 29. Dec, tempus & modus futuræ resuscitationis describitur,

atque

atque iterum in figura repræsentatur. (unterdesen/ daß J.P. dieses sagte/ wurde J.C. der bey ihm saß/ von dem Geiste zu seinen Füssen ergriffen/ und blieb gleich als todt) ... Es ist mir eben so leicht durch den Mund desen/ welchen ich erwehlet/ zu befehlen/ zu befehlen sag ich/ daß mein verstorbener Knecht aus seinem Grabe hervorgehe/ als leicht es mir ist diesem hier/ welcher nichts anders ist als ein Zeichen so ihn vorstellet in seiner Todes-Gestalt/ zu befehlen/ daß er sich aufrichte (hier nahm er J.C. bey der Hand/ welcher so fort von der Erden/ worauf er lag/ aufstund/ und auf die Beine trat.) Ampliùs in eadem revelatione hoc miraculum tanquam certum divini digiti argumentum in inspiratis proponitur, atque qualitas corporis resuscitandi in pulchritudine & gloria describitur, beati terque quaterque prædicantur, qui illud tunc crederent, quibus imputandum hoc sit ad justitiam; & quanquam quorundam perseverans futura foret incredulitas, plurimorum tamen millium, imò millies millium conversio & fides per hoc miraculum producenda prædicitur, nam & *Emesium* à multis spectatum & Deum propter ipsum laudatum iri additur, quæ ex ipsa revelatione peti possunt, hûc enim omnia transscribere brevitatis studio prohibemur. Et in revel. d. 1. Jan. iterum instrumentum, dies insuper & hora resuscitationis exprimuntur. Jam quæso te, Lector, an unquam promissio aliqua magis absolutè & circumstantiatè dari possit, quam hæc est? Nam & res & rei modus, & antecedentia & consequentia, causa instrumentalis, & locus & tempus, mensis, dies, hora &c. clarè indicantur.

§. IX.

Agitur porrò de prædictionibus absolutis.

Porrò (2) promissio per præsens miraculum confirmata exprimit decretum voluntatis divinæ, adeoque est absoluta; Nam

Nam per miraculum Deus velut obsignat verbum suum; Jam quidem hîc promissa fuerunt miracula resuscitationem præcessura, sed implementum defuit; in rev. d. 1. Jan. Aber zuvor wird meine Herrlichkeit erscheinen / ich will den Tag zuvor beweisen / daß ich Gott bin. Viele werden mit euch eben dieselbe Wahrheit erkennen / aber viele werden euch / meine Kinder / vergleichen mit den Ægyptischen Zauberern / welche durch ihre Kraft Wunder thaten zu groser Erstaunung des Volcks. Aber die Auferstehung meines Knechts wird allen das Maul stopffen / dann wisse / daß die Macht des Teufels sich niemahlen dahin erstrecket Todte zu erwecken &c. Quando ergò miracula præcessura facta non sunt, satis indicatum fuit hanc promissionem à Deo non fuisse, atque mirum non est, si, qui minister resuscitationis esse debebat, fidem non habuerit. Prædictionum absolutarum (3) indicium est, quando juramento Dei confirmantur Heb. VI, 17, 18. Ps. LXXXIX, 32-37. Esa. LIV, 9. Sed resuscitatio *Emesii* juramento confirmata fuit in rev. d. 29. Dec. (darauf fuhr J. C. weiter fort und sagte) die jenigen / so zu mir schreyen werden / du König des Himmels und der Erden / alle Gewalt ist in deiner Hand / du kanst alles / wir zweifeln daran keines weges / die werden es in der Warheit sehen. Ich bezeuge euch mit einem Eyde / wofern ihr mir aufrichtig antwortet / so werden dieses eure Augen sehen &c. & in revel. J. C. d. 28. Dec. meine Verheisungen sind gewiß. Ja / warlich / könte das ewige Wesen wohl aufhören zu seyn? Ich sage euch / nein. Es ist eins so unmöglich als das andere / nemlich das ewige Wesen kan so wenig aufhören zu seyn / so wenig es etwas sagen kan / und nicht halten solte. Darum

atq; ostenditur illam de Emesio talem esse.

rum sage ich euch/ es wird nicht an dem geringsten puncte fehlen von allem/ was ich durch diesen Mund ausgesprochen. Ich der ewige Gott habe es gesagt ꝛc. & in rev. d. 23. Dec. In kurtzer Zeit werdet ihr nicht nur die Erfüllung sehen von diesen Dingen (resuscitatione Emesii) sondern ihr werdet viele wunderbahrere Sachen sehen. Ja ich will solche Sachen thun/ dergleichen noch nie geschehen. Ja/ ja eure Augen sollen Zeugen seyn.

§. X.

Amplius describuntur promissiones absolutæ, atq; applicatur ad præsens negotium.

Prædictiones absolutæ (4) ex eo cognoscuntur, quando Deus clarè indicat, se aliquid decrevisse, nam decreta Dei certissimè eventum sortiuntur Esa. XIV, 24 XLVI, 10. Etiam hoc in revelationibus de excitatione Emesii ex mortuis deprehendimus. In rev. 5. Dec. Aber du solt erfahren in dir selbsten/ was ich deinetwegen *resolvir*et habe. Es soll an keiner von meinen Verheissungen fehlen ꝛc. & in rev. d. 23. Dec. glaubt ihr dann nicht/ daß ich capable sey mein Wort zur *execution* zu bringen? ꝛc. Machet mir nicht mehr Mühe durch eure verwegene Urtheile. Ich will das thun/ was ich beschlossen hab ꝛc. & in rev. d. 29. Dec. Es soll auch geschehen/ du wollest oder nicht/ weder Teufel noch Menschen können verhindern/ was ich beschlossen. Annon porrò (5) pro prædictione absoluta haberemus, quando Deus prædictionis certissimam impletionem promittit atque identidem repetit & confirmat? Sic enim Deus indicat, se omnia ita potentiæ suæ efficaciâ directurum esse, ut omnibus impedimentis è medio sublatis certissimè voluntatis suæ destinationem assequatur. Idem verò etiam hîc sæpissimè factum fuit. In rev. d. 5. Dec. Es soll an keiner von meinen Verheissungen fehlen & in rev. d. 6. Dec. Darum sag ich dir/ beunruhige

dich

nicht. Siehe unverrückt auf Gott/ er wird dich nie verlassen/ nein/ sondern er wird alle Verheissungen/ so er dir gethan/ erfüllen & in rev. d. 23. Dec. In kurtzer Zeit werdet ihr nicht allein sehen die Erfüllung von diesen Dingen/ sondern ihr werdet viel wunderbahrere Sachen sehen. Ich will solche Sachen thun/ dergleichen noch nie geschehen. Ja/ ja/ eure Augen sollen Zeugen seyn. Brevitati studemus, aliàs similes ex seqq. revelationibus pericopas facilè congerere possemus. Atque quod obstaculorum remotionem attinet, de ea hîc etiam diserta fit mentio. In revel. d. 23. Dec. Aber glaubt ihr dann/ daß der Todt den Erfolg meiner Verheissungen verhindern könne? Glaubt ihr dann nicht/ daß ich capable sey mein Wort zur execution zu bringen & in rev. d. 25. Dec. Denn ich will würcken und nichts sol mich daran verhindern/ mein Wort sol seinen Lauf haben und verherrlichet werden. Meine Macht soll offenbahret werden. Ad prædictiones absolutas (6) etiam pertinet, quando Deus aliquid promittit, quod ad certissimam divinitatis verbi sui, si alii de eo dubitent, confirmationem facere debeat. Sic Deus Mosi, Prophetis, Apostolis promisit sui, quod ipsis annunciandum dabat, verbi per miracula confirmationem, sed eadem etiam promissa miracula Deus per ipsos præstitit, & fidem, quâ efficerent, dedit. Hæ itaque promissiones per inspiratos factæ, si à Deo fuissent, Deus etiam fidem Equiti *Lacy* facilè dare potuisset, imò dubio procul dedisset. Nam resuscitatio Emesii promittitur tanquam argumentum divinitatis inspirationum, eloquiorum, agitationum, quæ inter ipsos erant. Bald will ich euer Gebet erhören/ bald will ich unverwerffliche Proben darlegen/ daß dieses warhaf-

tig mein Wort ist/ und daß diese ausserordentliche Bewegungen in meinen Kindern durch die Würckung meines Geistes verursachet sind. Die Heilung eines Blinden/ die Gesundmachung anderer Krancken/ und die Erweckung eines seit etlichen Monathen begrabenen Todten sollen davon unläugbahre Beweise seyn. Oder solte das nicht in der That eine genugsame Probe seyn ꝛc.?

§. XI.

Porrò agitur de promissionibus absolutis & conditionatis, atq; ostenditur hanc de Emesio non posse esse conditionatam, aut posito esse talem non potuisse Deum tam absolutè de Emesii resuscitatione loqui.

Ulteriùs (7) quod Deus tanquam certò futurum firmiter credi vult, quod tanquam medium conversionis maximæ hominum multitudinis proponit, quod non creditum certissimas post se trahit pœnas, illud equidem non potest esse ita conditionatum, ut ab incerta hominis voluntate pendeat, sed illud tanquam certò futurum à Deo decretum est, atque certissimè etiam impletur. Hæc verò omnia in illis de Emesio prædictionibus manifestè occurrunt. Quoties enim hîc (a) fides fuit requisita? in revel. d. 29. Dec. Selig seyd ihr/ daß ihr glaubet/ glaubet dieses meine Kinder/ das wird euch zur Gerechtigkeit gerechnet werden. Euer glaube sol wohl belohnet werden. Selig sind die/ welche so bald sie es sehen werden/ werden überzeuget werden/ daß solches eine Würckung meiner mächtigen Stärcke sey. Aber selig/ selig/ selig/ ewig selig werden die jenigen seyn/ welche jetzo glauben. Ecce! terque quaterque beati prædicantur, qui crederent & tamen hæc fides eos fefellit. Et quæ merces fuit fidei eorum, qui crediderant resuscitationem mortui? Anne hæc à Deo esse possunt? Anne etiam Deus ea credere jubet, in quibus possumus falli? Porrò (b) resuscitatio Emesii tanquam medium fidei maximæ hominum multitudinis proponitur.

In ead.

In ead. revel. d. 29. Dec. Jedoch Millionen Menschen werden durch dieses Mittel glauben / dann eben in dieser Absicht bezeugete ich ihm vor seinem Todt / daß ich ihn hättel zu einem ausserordentlichen Knecht erwehlet & in seqq. Es komme euch aber so frembd vor als es wolle / so sage ich euch doch / daß todte Menschen werden Seelen bekehren zu dem lebendigen Gott. Ubicunque Deus conversionem & fidem hominum prædicit, absolutè loquitur. Et si Deus hominum operâ ad hunc effectum uti velit, homines etiam idoneos reddit, per quos effectus certò sequatur Luc. I, 13-17, 76, 77. Act. IX, 15, 16. Hæ ergò prædictiones à Deo esse nequeunt. Denique [c] prædicuntur illis, qui non crederent, certò secuturæ pœnæ in ead. revel. d. 29. Dec. Wird nicht alsdann meine Herrlichkeit offenbahr werden? Wird sie nicht denen das Maul stopffen / welche sich haben gesetzet wieder die Erscheinungen / womit ich meine Kinder begnadiget? Darumb nimm wahr dieses Worts / welches ich dir sage und gedencke dran. Meine Gerichte sollen diese Mäuler / diese Leuthe / welche andern bezeuget haben / daß sie diesen Tag nicht sollen glauben / unmittelbahr treffen. Der Character eines Predigers / den sie haben / sol mich nicht verhindern / daß meine Gerichte sie nicht antasten. Nein / nein diese Gerichte sollen brennen und drücken die Köpffe derer / so meinen Nahmen lästern / so meine Erscheinung verachten und mein Wort verachten. Sie wollen selbst nicht eingehen in mein Reich / und gleich als wenn das noch nicht genug / so lassen sie sich vom Satan zu instrumenten brauchen und thun alles / was sie können / damit sie andere verhindern hinein zu gehen. Wehe / wehe / wehe dergleichen Leuthen. „ Vide, quàm severa ju-

dicia illis denuncientur, qui hæc credere nolebant. An ergò tantum crimen erat non credere, quod ab incerta conditione suspensum erat, quod poterat non fieri, quod factum non est, imò quod nunquam fieri debuit nec potuit? An ergò os incredulis obturatum est? Quis non videt hæc malè cohærere? Porrò (8) illud perpendendum adhuc addo, quod ego quidem capere non possum. Si resuscitatio Emesii fuit conditionata, ut penderet ab incerta fide Equitis *Lacy*, atque per illum staret, ut impleretur prædictio vel non, quomodo itaque Deus resuscitationem sui ipsi Emesio adhuc viventi tanquam præmium fidei suæ potuit promittere? An ergò nostræ fidei præmium absque ulla nostra culpa per alterius incredulitatem intercipi nobis potest? Sic fides non acciperet illam mercedem, quam tamen Deus promittit, atque sic fides secura esse non posset, Deo aliquid tanquam præmium fidei promittente. Atqui tamen fuerat resuscitatio Emesio tanquam fidei merces promissa. Ita enim in revel. d. 5. Dec. 1708. Fürchte dich nicht / ich möge thun / was ich wolle / umb dich zu probiren / du bist in guten Händen. Denn wenn ich dir das Leben nehme / so will ich dirs auch wiedergeben / du solt hier zurückkehren in dein eigen Hauß / laß den Muth nicht fallen. (At quomodo Deus loqui tam absolutè, Emesius verò inconcusso animo esse poterat, si penderet impletio à conditione incerta?) Ich beraube dich des Lebens nicht / aber du solt erfahren in dir selbst / was ich deinetwegen resolviret habe. Es sol an keiner von meinen Verheissungen fehlen. Dann du hast mir treulich gedient und ich wil dirs vergelten &c. (Sed annon retributio intercepta est? Annon fefellit promissio illa? Wenn ich dir das Leben nehme / so wil ich dirs auch wiedergeben / du solt

du solt hier zurückkehren in dein eigen Hauß. Et tamen dictum erat: Es sol an keiner von meinen Verheissungen fehlen.) Ita & in rev. d. 6. Dec. Darum sage ich dir: Beunruhige dich nicht. Sihe unverruckt auf Gott/ er wird dich nicht verlassen: Nein/ sondern er wird alle Verheissungen/ so er dir gethan/ erfüllen. Beunruhige dich nicht/ sondern vertraue dem/ welcher es nie fehlen lassen denen/ so auf ihn ihr Vertrauen gesetzet. Jubetur Emesius certò recumbere in promissione incerta, alterius incertâ voluntate nixâ. Patroni liberi arbitrii docent neminem in propria voluntate utpote volubili & ambulatoria securum esse posse, quantò minus in alterius quispiam tutus esse poterit arbitrio. In rev. d. 28. Dec. Aber gleichwie er gestorben ist in dem Glauben/ daß er wunderbahrer Weise wieder auferstehen würde/ so soll er sich selbst in dem Gemach/ worin er gestorben ist/ zur Belohnung seines Glaubens lebendig sehen. Ultimò (9) quærere licet, si resuscitatio Emesii pependerit à fide Equitis *Lacy* tanquam à conditione, anne fides illa à Deo produci debuerit, vel non. Si à Deo producenda fuerit atque Lacy fidem non potuerit habere à se ipso, anne ergò Deum decebat tam certò loqui de resuscitatione illa eamque toties promittere & fidem in eam recumbentem postulare, si ipse conditionem operari noluerit? Cur ergò Deus fidem non produxisset? Si verò fidem à Deo non fuisse producendam dixeris, incidimus (a) in quæstionem de viribus liberi arbitrii, sed non agimus nunc illud, ut controversias tractemus. Verùm (b) repono, quòd in revel. d. 25. Dec. fides Deo tanquam donum adscribatur. Ihr die ihr saget/ ich wils glauben/ wenn ichs sehe; Ihr Unsinnigen nehmet euer wahr/ denn wenn der Glaube eine Gabe Gottes ist/ wie

du ge-

du gestehest / so weist du ja nicht / ob ich dir alsdenn den Glauben geben werde? Nein / nein ich wil mich nicht richten nach der Phantasie kleiner Erdwürmer ... Et in rev. d. 29. Dec. Es ist mir eben so leicht durch den Mund desen / welchen ich erwehlet / zu befehlen / zu befehlen / sage ich / daß mein verstorbener Knecht aus seinem Grabe herborgehe / als leicht es mir ist / diesem hier / welcher nichts anders ist / als ein Zeichen / so ihn vorstellet in seiner Todes-Gestalt / zu befehlen / daß er sich aufrichte. Si facile loquenti fuit per servum suum mandare resuscitationem, fides ergò non erat solùm in potestate instrumenti. Porrò (c) si fides fuerit conditio in potestate liberi arbitrii posita atque à Deo independens (quod tantùm supponimus, non verò concedimus) quæro, anne Deus præsciverit Equitem *Lacy* destinatâ die 25. Maji non fore instructum fide ad peragendum miraculum, vel an non præsciverit? Ultimum nemo dixerit, nisi manifestò contra omnem Scripturam & rationem Deo imperfectiones tribuere velit; Si verò Deus fidei defectum præsciverit & consequenter non secuturam resuscitationem, quæro iterum, anne cum divinis perfectionibus ullo modo conveniat, ut Deus de re, quam futuram non esse noverat, tanquam certissimè futura loquatur eamque toties totiesque cum omni asseveratione tanquam futuram certaque fide amplectendam urgeat? Quis id absque divinarum perfectionum læsione affirmare ausit?

§. XII.

Concluditur promissionem de Emesso resuscitando non impletam nullo modo Deo tribui posse.

Evicto itaque in superioribus hanc de *Emesso* resuscitando promissionem non esse conditionatam, sed absolutam, rogo nunc Lectorem pium, Dei timentem atque in promissionum divinarum certitudine omnem suam spem unicè

unicè collocantem, an illa promissio *tam sapè repetita, tam certò confirmata, juramento per virtutes, per essentiam Dei stabilita, in imagine repræsentata, tanquam signum & argumentum totius negotii inspirationis designata, ratione omnium circumstantiarum loci, temporis &c. tam apertè, nudè & accuratè descripta*, si divina fuisset, non debuisset impleri? conferantur ea, quæ suprà de Dei veracitate atque divinarum prædictionum certissima impletione diximus Cap. IX. §. 17. Rogo, an tales promissiones, qualis illa est de Emesio resuscitando, ab eventu destitutæ, salvis Dei virtutibus, ejus veracitate, fidelitate, constantia, sanctitate, bonitate, justitiâ, Deo attribui possint? aut annon hoc potiùs tendat manifestò ad Nominis divini ignominiam, si prædictiones tam sanctè assertas, sed in eventu mendaces, Deo attribuere ausis? Quæso, si promissiones tanto cum apparatu factæ, qualis illa fuit de Emesio, fallere possint, quænam fidei poterit esse certitudo, quodnam fundamentum, quodnam spei fulcrum? Annon sic universa scripturæ fides labascit? Cedò vel unicam in scriptura promissionem, quæ fortiùs fuerit asserta, quàm illa de *Emesio*. Si non invicta stet divinarum prædictionum certitudo, quomodo convinces Judæos Messiam venisse? Conditionatas illi esse dicent de Messia prædictiones, effluxisse quidem omnes earum characteres, sed tardare Messiam propter sua peccata, venturum si resipuerint. Annon religionis contemptores ridebunt, si promissiones pro divinis habitas & tam certò atque sanctè assertas fallere & frustrari in iis confisos videant? Annon eandem esse scripturæ promissionum rationem ut credant in animum inducent? Quare qui tales prædictiones eo modo confirmatas & quæ tamen in eventu expectationem

hominum fallunt, à Deo esse posse contendunt, in Deum ipsiusque virtutes injurii sunt, authoritatem scripturæ, religionisque fundamenta labefactant. Atque piis auribus summè offensivum est, quando prædictiones Dei *arbitrarias*, imò *deceptivas penè* loquuntur quidam, ne spiritus mendacis falsitas ex vanis redargui possit prædictionibus. Conf. Rev. *Heinec.* lib. cit. cap. IV. Tristissimum etiam accidit verbi divini authoritatem & divinitatem reverentibus, quando ex scriptura quædam promissionum non impletarum, ut putant, exempla proferuntur, quibus tamen suum implementum optimè constat, uti ab aliis ostensum est, ut, si qua fieri posset, aperta falsi spiritûs mendacia excusarentur.

Falsitas prædictionum de Emesio arguit earum authores in reliquis quoque inspirationibus falsos esse.

§. XIII.

Evidens itaque satis est, hasce de Emesii resuscitatione prædictiones Deo, utpote Deo veritatis, tribui non posse, Deus fortis enim non est homo, qui mentiatur, nec filius hominis, quem pœniteat; an ipse dixerit & non præstabit illud? Num. XXIII, 23. Anne verò dicendum nunc est, in hoc itaque passu errâsse inspiratos illos, in cæteris tamen eorum θεοπνευστιαν sartam tectam manere? Equidem in hoc casu eos gravissimè errâsse certum, sed illud tamen leviter transmittendum non est, ac si in reliquis tamen eorum divina inspiratio atque fides illæsa sit. Nam si illæ prædictiones à Deo non sint, quemadmodum ab ipso nec esse nec esse posse persuasissimi sumus, continent revera gravissimas spiritûs mendacii blasphemias, qui in nomine Dei loquitur, Deum se dicit omnesque Dei virtutes & prærogativas sibi adscribit, atque per sanctissimum Dei nomen jurat, quæ legendo animus horrescit. Itaque hinc satis patet non Spiritum Dei, sed mendacii & blasphemiæ in illis, qui

qui hæc velut ex Deo loquentes protulerunt, ενεργειαν suam exeruisse. Quis verò credat, Deum talibus hominibus, qui tam atrociter & cum divini nominis blasphemia falsum loquuntur, tanquam instrumentis extraordinariis uti velle, per quos hominibus immediatè suam voluntatem patefacere velit? Et anne illud Deum deceret? Et qua quæso ratione fides illis haberi posset? miracula promittunt sed non præstant. Asseverantissimè loquuntur, & tamen in nihilum abeunt tanta cum confidentia & confirmatione prolatæ promissiones. Idem ergò Spiritus, qui harum de resuscitatione Emesii prædictionum author fuit, etiam reliqua omnia protulisse meritò censetur; nam & agitationes utrobique fuere eædem, & idem, qui hæc locutus fuit, Spiritus etiam reliqua omnia sibi adscribit, atque hæc, quæ de Emesii resuscitatione dicta fuere, reliquorum omnium veritatem & divinitatem probare debebant; Nec putandum est Spiritum Dei & mendacii ita velut alternativè in homine loqui. *Voetius in disp. de signis & probationibus spirituum* p. 1114. quæstionem proponit. *An non possit dici eidem homini interiùs aut exterius apparere & loqui mixtim & successivè spiritum bonum & malum; atque ita quæque distinctè ad suum spiritum, bene dicta aut facta scripturis convenientia ad divinum, malè dicta aut facta ad diabolicum referri?* Rectè verò respondet negando: *Neque enim*, inquit, *putandum Deum miscere se operationibus dæmonum, atque adeo imposturas eorum apud homines directè aut indirectè promovere.*

§. XIV.

Nihil quidem intentatum relinquunt novarum inspirationum patroni & cùm hodiernos quos vocant, inspiratos errare contingat, quod negare quoque non audent, ne justa contra eos suspicio moveatur, similem fuisse Veterum Pro-

Inspiratorum quos vocant, errores non possunt excusari per Prophetas, ac si illi

etiam simili modo errâssent. Vbi respondetur ad ver. 23, 22, 28.

Prophetarum rationem, qui quoque ab errore immunes haud fuerint, contendunt. Sed quàm periculosum hoc sit atque divina scripturæ authoritas per occultos cuniculos hac ratione suffodiatur, quilibet facile videt; sic arma subministrantur sacræ scripturæ hostibus atque Ecclesiæ pia justissimaque causa, quam magna animorum contentione majores nostri contra scripturæ hostes egerunt, turpiter proditur. Si virorum θεοπνευστων auctoritas aliquâ ratione in dubium trahatur, quid certi ergò remanebit tandem? Concedimus veros Prophetas potuisse labi in *vita*, quò lapsus Davidis, Jonæ, Petri, Johannis aliorumque pertinent. Nec inficiasimus in *privata animi sui sententia* errare potuisse, quò referimus 2. Sam VII, 3. (Nathanem enim hoc non ex inspiratione locutum esse patet ex v. 4. ubi noctu verbum Domini ad Nathanem oppositè ad præcedentem animi sui sensum, factum fuisse dicitur) & 1. Reg. XIX, 10. quod Eliam quoque ex privata animi sententia dixisse concluditur ex Rom. XI, 4. sed Prophetas verè à Deo actos unquam in suis propheticis inspirationibus & eloquiis errâsse, atque verbum Dei cum suis opinionibus, imaginationibus, animi sententiis, erroribus commiscuisse, atque sic verbum Domini in se & ad se factum non sufficienter & plenè à propriis suis cogitationibus distinxisse & distinguere potuisse, atque unquam verbo quodam suo, privato & proprio illud, *sic ait Dominus*, præposuisse, quemadmodum illud fit ab hodiernis inspiratis, quos tamen tanquam prophetas & immediatè à Spiritu S. actos haberi videmus, hoc est, quod negamus. Annon enim propheticum lumen certissimam & infallibilem secum attulit certitudinem? Quis fidem aliâs fecerit scripturas purè & limpidè fluere, si suas illi cogitationes per errorem miscere cum verbo Dei potuerint? Et λογος ille

προ-

προφητικος βεβαιοτερον annon apud ipsos Prophetas primò talis fuit? Et hoc vult Petrus, ut πρωτον cognoscamus, quòd *omnis Prophetia Scripturæ ιδιας επιλυσεως non sit, non enim voluntate hominis allata unquam est Prophetia, sed a Spiritu S. acti locuti sunt sancti Dei homines* 2. Petr. I, 20, 21. Sed jam suprà Sect. I. aliquid hujus rei attigimus. Atque hoc ipsum argumentum à Theologis nostris jam discussum fuit, additâ ad ea scripturæ loca, quæ in speciem contraria videntur, responsione. Duo tantùm notamus loca, quæ difficultatem habere videntur. Prior est Jer. XXIII, 22, 28. Agi hîc putant de veris prophetis, sed qui divinæ revelationi sibi factæ addiderint, atque sic paleam tritico miscuerint. Sed si quis universum caput perlegat, videbit clarè hîc agi de falsis Prophetis v. 11-22. qui nobis in sua hypocrisi, mendaciis, sceleribus tam abominabiles & execrabiles describuntur, ut mirum profectò sit, si quis ex illis veros facere velit Prophetas, qui tantùm de suo verbis Dei quicquam assuerint, cætera tamen veri Prophetæ extulerint & verbum Dei habuerint; adeoque quando v. 22. dicitur ואם עמדו בסודי non reddendum, wären sie bey meinem Raht blieben / ac si nempe סוד יהוה ipsis revelatum fuisset, ipsi verò de suo tantùm addidissent, sed ita: *Si stetissent in secreto meo, verba mea proposuissent populo meo &c.* si revelationis participes facti fuissent, verba mea proposuissent &c. quando verò verba DEI populo non proponebant, clarum argumentum erat ipsos non stetisse in secreto Jehovæ conf. v. 18. Et quando v. 28. legimus; *Propheta ille, penes quem somnium est, enarret somnium, & penes quem est verbum meum, eloquatur verbum meum verè, quid isti paleæ cum tritico? dictum Jehovæ:* non est existimandum, ac si hi Prophetæ habuerint *triticum*, verè divinam revela-

tionem, & *paleam*, suas additiones & somnia; nam hîc est oppositio inter eos Prophetas, qui somnia & qui verbum Dei habebant, atque somniatores illi cum suis somniis ita describuntur v. 27, 31, 32. ut satis pateat, eos verbum Dei non habuisse; Adeoque oppositio est inter paleam & triticum, quòd falsi Prophetæ paleam pro tritico voluerint vendere, quæ tamen maximè distincta sunt; ut Deus voluerit significare, tantum abesse, ut somniatores sua somnia pro verbo Dei obtrudere possint, quantum abest, ut palea pro tritico haberi possit. Interim *per sua somnia suffurabantur verba Dei, quisque à proximo suo* v. 30, hoc est, faciebant, ut obliviscceretur populus nominis Dei per somnia sua, quando quisque *somnia sua narrabat amico suo*, quod proh dolor! experientia teste, omni tempore, quo Ecclesia fictis enthusiasmis delusa fuit, factum est, ut verbum Dei, tanquam *triticum*, per somnia & fictos enthusiasmos, i. e. *paleam* à multorum cordibus ablatum fuerit.

§. XV.

Respondetur ad locum Act. 21, 4.

Alter locus est Act. XXI, 4. ubi postquam Paulus & Lucas venissent Tyrum, invenerunt ibidem discipulos, οιτινες τω Παυλω ελεγον δια τ̃ πνευματ̃ μη αναβαινειν εις Ιερουσαλημ, *qui Paulo dixerunt per spiritum, ut non ascenderet Hierosolymam.* Quæritur, an ergò illi ex instinctu Spiritus S. ejusque mandato præceperint Paulo, ut non proficisceretur Hierosolymam? si sic, Spiritus sibi contradixisset, quod fieri non potest, nam *vinctus Spiritu* Paulus *proficiscebatur Hierosolymam* Act. XX, 22. Spiritus procul dubio in his discipulis nihil amplius testabatur, quàm quod etiam in reliquis civitatibus, nempe quòd *vincula & afflictiones Apostolum manerent Hierosolymis* Actor. XX, 23.

XXI,

XXI, 10, 11. An verò putandum est eos credidisse Spiritum sibi dicere, ut Paulo mandarent, ne ascenderet Hierosolymam? Undenam verò hoc vel per conjecturam ex Textu concludes? Lucas inquit, ελεγον δια τϛ πνευματ☉, non verò quòd crediderint atque per errorem sibi persuaserint Spiritum S. sibi hoc inspirare, quòd Paulus non debeat ascendere Hierosolymam. Et hæc verba: ελεγον δια τϛ πνευματ☉; procul dubio idem notant cum his cæ Act. XX, 23. πλην οτι το πνευμα το αγιον κατα πολιν διαμαρτυρεται, quibus adeo error subesse non potuit, nec ipsorum exprimi præsumptio, ac si in percipienda Spiritûs mente aberrassent. Sed quomodo tandem hunc locum nostrum Act. XXI, 4. cum Actor. XX, 22. conciliabimus? Grotius dicit, brevem esse locutionem, atque subaudiendum esse, *nisi vinciri vellet*; sed nescio, an sic omnis difficultas sublata sit. Mihi ita videtur; Hos discipulos locutos esse ad Paulum per Spiritum, quid verò dixerint, non exprimi, atque vocem ελεγον absolutè poni, subintellecta re, de qua locuti fuerint. Res verò procul dubio eadem fuit, quam Spiritus S. in singulis urbibus testabatur, nempe *vincula & afflictiones manere Apostolum Hierosolymæ* Act. XX, 23. quod etiam Agabus prædixit Act. XXI, 10, 11. Ita enim (1) vox λεγω absolutè absque significatione objecti poni potest, sicuti vox λαλεω; ει δε πνευμα ελαλησεν αυτω η αγγελ☉, μη θεομαχωμεν Actor. XXIII, 9. (2) ipsa vox λεγω etiam absolutè absque additione objecti ponitur Matth. XXIII, 3. λεγουσι γαρ και ου ποιουσι conf. Hebr. V, 11. vel etiam (3) simplex λεγω pro composito διαλεγομαι poni potest, quod absque objecto occurrit frequenter Act. XIX 9. XX, 7, 9. quemadmodum compositum διαλεγομαι etiam adhibetur pro simplici λεγω Hebr. XII, 5. Jam verò verba seqq. Act. XXI, 4. μη αναβαινειν εις

Ιερυ-

Ιερουσαλημ, non comprehendunt illud, quod per Spiritum loquebantur, aut quod Spiritus per ipsos loquebatur, sed hæc verba indicant scopum, quare ad Apostolum illud, quod Spiritus ipsis manifestaverat, loquerentur, nempe *ut non ascenderet Hierosolymam.* Hic ergo sensus loci est: Discipuli quidam Tyri acceperant revelationem à Spiritu S. Paulum Hierosolymæ vincula & afflictiones manere conf. Act. xx, 23. xxi, 10, 11. cùm verò discipuli nescirent, anne hæc ita decreta essent, ut evenirent, anne verò hæc sibi revelata essent, ut Paulum monerent & dehortarentur, *loquebantur Paulo per Spiritum*, i. e. Paulo ea proponebant, quæ Spiritus sibi revelaverat, & quoniam consilium Domini iis ignotum erat, loquebantur ea ad Paulum ex charitate, eo animo, ut dehortarentur, ne ascenderet Hierosolymam. Hunc esse verum sensum discimus ex seqq. Act. xxi, 10, 11. Agabus etiam prædicit Paulo vincula. Fideles nescientes, anne omnino esset voluntas Dei, ut Paulus ea mala subiret, anne verò Agabus hæc prædiceret ad Paulum admonendum, rogabant Paulum τὸ μὴ ἀναβαινειν αὐτον εἰς Ιερουσαλημ, ut non ascenderet Hierosolymam v. 12; Cùm verò Pauli προθυμιαν viderent patiendi & moriendi pro Christo, atque ex eo cognoscerent voluntatem Dei v. 13. ubi probabile etiam Paulum addidisse, se vinctum Spiritu proficisci Hierosolymam Act. xx. 22. quiescunt tandem, inquientes, fiat voluntas Domini Act. xxi, 14.

§. XVI.

Quæ circa Emesium facta sunt, non possunt haberi pro casu particulari, sed prædictiones illæ non impleta

Denique illud adhuc restat, an ergò hæ de Emesio prædictiones pro casu merè particulari habendæ sint, ex quo reliquis inspirationibus nullum creetur præjudicium? Mihi verò secus planè videtur, ut jam suprà monuimus, nam (1) prædictiones illæ sæpiùs fuere repetitæ, nec (2) per unum

aut

aut alterum tantùm, sed per plures: minimùm septem reperiuntur, quorum eloquia fuere typis impressa ex *Jean Lacy Avertissemens prophetiques* &c. apud Cl. *Langium* pag. 77. & seqq. (3) præter illos, quorum de hac re effata habemus, multi alii idem confirmarunt; ita ut commune ferè inspiratorum in Anglia pro illo tempore fuerit objectum. (4) Prædictiones de Emesii resuscitatione in magno inspiratorum cœtu fuere aliquoties prolatæ, reliquis adstipulantibus, saltem magna ex parte, nemine verò contradicente, adeoque sic omnibus expressè vel tacitè assentientibus. Et cùm inspirati aliàs ipsorumque defensores falsos Spiritus statim à se detegi dicant, idque vel centies factum esse, hîc verò in magno illo inspiratorum cœtu nemo contradixerit atque falso spiritui sæpiùs & tam asseveranter loquenti os obstruxerit, verè inspiratum neminem inter eos fuisse credere fas est. (5) Spiritus agitator ipse hunc casum de Emesio noluit pro particulari haberi, sed ex quo judicium de universo inspirationis negotio formari deberet. In revel. d. 25. Dec. **Derohalben o ihr / die ihr mir gehorchet / ihr die ihr habt gehöret meine Stimme / und die ihr sagt / wir wissen / daß dieses die Stimme GOttes ist / bald will ich euer Gebät erhören / bald will ich unverwerffliche Proben darlegen / daß dieses warhafftig mein Wort ist / und daß diese ausserordentliche Bewegungen in meinen Kindern durch die Würckung meines Geistes verursachet sind. Die Heilung eines Blinden / die Gesundmachung anderer Krancken / und die Erweckung eines seit etlichen Monaten begrabenen Todten / sollen davon unläugbare Beweise seyn. Oder solte das nicht in der That eine genugsame Probe seyn?** Hujusmodi alia testimonia in aliis revelationibus legi possunt. (6) Illi quatuor Galli, duplici per

ta inspirationis negotio magnam cladem inferunt.

ci per Germaniam profectione celebres, ex inspiratorum in Anglia cœtu egressi fuerunt, quos pro fratribus suis habent, adeoque eorum Spiritum & quæ per illum de Emesio dicta fuerant, approbarunt, eodemque adeo Spiritu *Marion* & *Allutus* acti fuerunt, vide Alarm-Geschrey rev. xxvii. segne unsere Brüder / HErr / welche du hast heissen verlassen / als einen Leib / von welchem du hast vier Glieder weggerückt. Du wollest sie / HErr / in deiner Liebe bewahren. Gib ihnen / HErr / daß sie wachsen in deinem Backtrog / durch den Sauerteig deines Geistes / biß sie ein neuer Teig werden / bequem um Kuchen zu machen für den Hohenpriester / daß wir wiederum mögen zusammen kommen / HErr / nach deinem Wort --- Ita ut aliter concludere nequeamus, quàm de Emesio casum novis inspirationibus, si eventus respondisset, magnum additurum fuisse pondus, implementi verò defectum lethale novæ, quam vocant, œconomiæ propheticæ vulnus intulisse.

§. XVII.

Secundum argumentum contra divinam hodiernarum inspirationum originem petitur à doctrina, qualem Marion & Allutus in suis libris proposuerunt; atque hic notatur parœmeneia scripturæ quorundam locorum.

Secundum nunc argumentum contra novam œconomiam propheticam à doctrina petitum adjungimus. Nec enim dubium nobis esse potest, eam doctrinam, quæ à verbo Dei, veritatis salutaris unica norma abit, non posse à Spiritu S. profectam esse. Spiritus Sanctus enim sibi ipse contradicere non potest. Atque non potest esse alia doctrina, ubi idem fœdus, eadem salus est. Hinc Apostolus; *Precor autem vos, fratres, ut observetis dissidiorum & offendiculorum authores contra doctrinam, quam vos didicistis, & declinetis ab iis.* Rom. xvi. 17. *Si quis diversam docet doctrinam, neque accedit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi & ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ, is inflatus*

tus est, *nihil sciens* &c. 1. Tim. VI, 3. conf. quæ diximus cap. IX. & alibi. Specimina verò doctrinæ inspiratorum nunc quidem desumemus ex libris; *Alarm*-Geschrey &c. & *delineat. justit.* &c. &, *ubi devastaveritis* &c. Antequam verò ad specialia doctrinæ capita descendamus, specimina quædam παρερμενειας scripturæ præmittimus, ut pateat, quomodo in ea alleganda versati fuerint, & qualis ab eorum spiritu doctrina exspectari possit. Primus locus occurrit im Alarm-Geschrey pag. 11. rev. IX. Haltet im Gedächtniß das Wort/ welches ich euch wiederholet/ daß wo zween auff Erden sich vereiniget befinden/ ihnen nichts solle geweigert werden. Euere Hertzen müssen von diesen zweyen nur eines machen. Das zweyte ist das Werck Christi/ des H. Geistes dazu gebrauchet. Respicitur ad locum Matth. XVIII, 19. *Iterum dico vobis*, *si duo vestrûm consenserint in terra* &c. Hîc *duo illi* ita explicantur, ut *unus* sint homines. Euere Hertzen müssen von diesen zweyen nur eines machen: *Alter* verò sit opus Christi. Das zweyte ist das Werck Christi/ des H. Geistes dazu gebrauchet. Sed annon apertum est Christum loqui de *duobus discipulis?* nam dicitur δυο υμων, & de illorum consensu, συμφωνησει, imò additur v. 20. ubi enim *duo* aut *tres* congregati sunt &c. Ergò si homines congregati, quotquot etiam sint, faciant *unum* ex illis duobus, de quibus Christus v. 19. Alter verò sit das Werck Christi/ des Heil. Geistes dazu gebraucht/ quid ergò ex *tertio* facies, quem Christus addit v. 20. Imò quid tum verba significabunt, *ibi sum in medio illorum*. Secundus locus est im Alarm-Geschrey pag. 34. rev. XVIII. Euere Seele/ welche ist der Leib/ der Tempel des Heil. Geistes/ ist der Leib/ welcher gesäet ist worden in Verweßlichkeit/ begraben durch die Widerspännigkeit und

Unreinigkeit / welcher muß aufferstehen in Heiligkeit / und anziehen die Unsterblichkeit. Das ist der Tod / von dem der H. Paulus redet durch den Geist. Explicatio illa in seqq. confirmatur, quia separatio animæ & corporis non possit mors vocari. Man kan die Scheidung der Seele und Leibes nicht todt nennen ∴ wiewol die Welt diese Redens-Art gebraucht / wann sie sagt / wann die Seele sich vom Leibe scheidet / er ist todt / Christus nennt es nicht also. Wann er es thut / so ist es um sich nach der Menschen Blindheit zu fügen ∴ Respicitur verò in superioribus ad loc. 1. Cor. xv, 42-44. Jam verò judicet Lector, an ibi de animæ vel corporis morte & resurrectione sermo sit? annè hîc per corpus debeat intelligi anima sepulta in peccatis &c.? Tertius est im Alarm-Geschrey pag. 84. rev. LV. Der HErr verurtheilte Adam zum todte / so bald er gesündiget hatte. Bedencket / daß der gantz vollkommene Heilige nicht von dem natürlichen Leben sprach; sondern von dem geistlichen Tode / der Auffhörung / der Beraubung der Gnaden-Gaben / der Vorrechten / welche GOtt sein Schöpffer ihm gegeben hatte. Der Buchstab beweiset auch diese Warheit. Adam starb nicht nach dem Fleisch; aber wol nach der Gnade / weil er aus dem Paradies gejagt ward / das ist / aus der Gegenwart / aus der Liebe / aus dem Vorrecht / das er hatte mit seinem GOtt zu reden. Christus ist dann nicht gekommen diesen leiblichen Tod zu vertilgen / dann das Urtheil GOttes war völlig ausgeführet: Aber wol diesen Tod der Sünden zu vertilgen ∴ En commentarium Socinianum! plura hîc notari possent; sed quando negatur Deum de morte corporali in comminatione locutum esse, evolvantur modò Gen.

dò Gen. III, 19. Rom. V, 12. VI, 23. Idem tamen repetitur im Alarm-Geschrey pag. 90. rev. LVIII.

§. XVIII.

Quartum locum citamus aus dem Alarm-Geschrey pag. 87 rev. LVII. Diß ist der Geist Eliä/ durch Malachias verheissen/ welcher komt den Vatter mit dem Kinde/ das ist/ GOtt den Vatter mit seinem Volck wieder zu vereinigen. Locus extat Mal. IV, 6. Luc. I, 17. utrobique *Patrum* mentio est in plurali, non *Patris*; nec intelligitur *Deus Pater*, sed *pii Patres*, אבות, ad quorum tanquam δικαίων φρονησιν per ministerium Johannis, reducendi erant Judæi. Quintus locus sit aus dem Alarm-Geschrey pag. 95. n. LXII. Die Weissagungen/ die Dinge/ welche Christus selber bezeuget hat/ daß sie vor ihm her müsten gehen/ erscheinen die nicht alle Tage? Leset sein Evangelium mit Auffmerckung. Die Auffruhr/ der Mensch der Sünden (Paulus loquitur de homine peccati tanquam persona 2. Thess. II, 3-10. hîc verò de qualitate, rebellione explicatur) ist er nicht in dem Hauß GOttes? Widersetzet er sich GOtt nicht? Christus/ die Liebe GOttes/ nachdem er vollbracht hatte den Dienst/ den er auff Erden kam zu verrichten/ um die Thüre des Heyls allen die durch ihn glauben (Sociniani negantes Deitatem Christi subdolè dicunt, nos credere per Christum in Patrem, quanquam etiam hæc locutio rectum, utpote scripturaria 1. Petr. I, 21., sensum habere possit, sed ex seqq. patebit, quo sensu Marion accipiat) zu öffnen/ wurd er nicht in einer Wolcke in den Himmel aufgenommen? Ihr wisset die Antwort/ welche die Engel den Jüngern gaben. Er muß dann wieder herab kommen/ gleichwie er ist auffgefahren. O! wie wolt ihr diese Dinge be-

Alia quædam scriptura loca malè explicata notantur.

ge begreiffen? Die Wolcke kam aus den Augen seiner Jünger weg. Einige wenige sahen ihn wegnehmen. Das Himmelreich wird kommen ohne Pracht. Was sollet ihr meynen durch diese Dinge zuverstehen? Ist es mit Zeichen und Wundern/ daß Christus sein Reich wird anfangen/ das genannt wird Himmelreich? Solte das nicht mit grossem Pracht und Herrlichkeit seyn/ wann er auff die Weise anfienge? Habt ihr/ die ihr euch Christen nennet/ Zeichen und Wunder vonnöthen/ um Christum/ seine Sprache/ zukennen? Christus sagt: Meine Schaafe hören meine Stimme. Aber er gibt auch ein Zeichen ihn zuerkennen/ so/ als der Engel zu Johannes sagt: Das Zeugniß JEsu ist der Geist der Weissagung. O so er in der Wolcken kommen muß/ was für durchdringende Augen hat heute die menschliche Vernunfft um durchzusehen (biß auff) den Heiligen der Heiligen in der Wolcke? Die Augen seiner Jünger/ erleuchtet durch seinen Geist/ verlohren ihn aus dem Gesicht/ da er gen Himmel fuhr. Wie wolt ihr natürliche Menschen begreiffen die Wege Christi/ der auff der Wolcke in seiner Herrlichkeit kommt/ so ihr nicht seinen H. Geist/ das wahre Licht/ zu Hülffe nehmet ⁂ Multa notari possent; lector ipse judicet. Digitus intenditur ad duo loca. Alter est Act. I, 11, Agitur ibi de reditu Christi ad judicium ultimum, atque is promittitur futurus *visibilis*, sicut fuerat ascensus v. 9. Hîc verò Marion & *alium reditum* intelligit, & *tertium comparationis* in aliis omnibus constituit, quàm evidenter Textus docet. Alter locus est Luc. XVII, 20. Das Himmelreich wird kommen ohne Pracht. Non venit μετα παρατηρησεως. Hoc intelligit Marion de *miraculis*. Sensus hic esse nequit, quoniam certum est Christum

& Apo-

& Apostolos cum plurimis & maximis miraculis regnum cœlorum introduxisse, sed & falsò res ita proponitur, acsi illud regnum cœlorum nondum initium ceperit. Sextum locum producimus aus dem Alarm-Geschrey pag. 116. num. LXXII. GOtt der Allerhöchste konte zu Noah nicht sagen: Ich will nicht mehr mit der Erden rechten / dann man siehet deutlich / daß er nach der Zeit mit derselben gerechtet hat / und daß er noch täglich rechtet. ... Verstehet dann / daß die Sündfluht / welche die Erde solte säubern / wovon der Allerhöchste sagte / daß er nicht mehr mit derselben wolte rechten / die Völcker waren / die widerspännige Erde bey der herrlichen Zukunfft Christi. Respicitur ad Gen. VIII, 21. quantum verò à sensu recedatur, quilibet facilè videt. Scilicet ut qui oculi vitio laborant, res aliter ac in se sunt, conspiciunt, ita insano allegoriarum studio fascinati ea se videre putant, quæ extra ipsorum cerebrum nullibi aut aliter planè apparent.

§. XIX.

Judicet lector septimò, annon pervertatur locus Matth. XVI, 28. per hunc commentarium im Alarm-Geschrey pag. 205. num. CXXXI. Wie woltet ihr diese Worte verstehen / welche an eben dem Orte folgen / da gesagt wird: Christus wolte kommen mit seinen Engeln / in der Herrlichkeit des Vatters / wann er darzu thut / hier sind einige gegenwärtig / die den Tod nicht sehen werden / biß des Menschen Sohn kommt in seiner Herrlichkeit? Gibt es nach euer Meynung / o ihr Götzen meines Volcks / heute noch einige / die diese Worte gehöret haben mit ihren fleischlichen Ohren / die nach ihrem natürlichen Leben noch bey Leben sind? Nein gewißlich. O das Wort des HErrn ist / wie er gesagt hat / Geist und Leben Die / welche

Pergitur in notandis quorundam scripturæ locorum allegoricis παρερμηνείαις.

welche den Tod nicht sollen sehen / biß der HErr in seiner Herrlichkeit kommen würde / sind solche / die das Zeugniß JEsu in ihrem Hertzen bewahret haben. Specimen parermeneiæ cernimus octavò in Matth. XII, 40. in seqq. An seiner Kirche wird das Wort erfüllet / das sein Leib / der Welt ein Fürbild / erfüllen solte; zu zeigen / daß Christus und die Kirche nur einen Leib würden machen / gleich wie die vollkommene Gottheit im Leib / den sie angenommen hatte / wohnete / welcher den Tod hat gelitten und wieder aufferwecket ist / ohne die dritte Nacht zu erfüllen / die er im Grabe müste ligen bleiben / und hat sie / durch einen Beschluß seines Willens / für seine Kirche zu erfüllen gelassen. Das ist das Wort / wovon Paulus im Namen der Kirchen sagt: An meinem Leibe wird das Leyden Christi erfüllet / an meinem Leibe / welcher ist die Kirche. Ita quod dicitur de *filio hominis*, explicatur de *Ecclesia*; sermo est de *permansione Christi in sepulchro propriè dicto*, sed transfertur ad *sepulchrum rebellionis & mortis spiritualis*, in quo Ecclesia jacuerit. Intelliguntur *dies & noctes naturales*; hîc verò *nox mystica* intruditur, quæ à tempore N. T. duraverit & adhuc duret usque ad regnum Christi glorioſum. Quid est scripturæ nasum cereum facere, si hoc non sit? Porrò nonò indignissimam loci 1. Cor. VII, 14. perversionem allegoricam relatè ad Christum ejusque populum vide *in delin. just. div.* pag. 163. N. LXIV. Similem decimò commentarium allegoricum legimus in lib. *Ubi devastaveritis* &c. N. XXIII. „Ex quo enim tempore Spi„ritus Sanctus è mundo discessit & Christus diem absolvit, „quo ipsum oportebat suis cum Apostolis discipulisque me„diis in nationibus operari, nox in mundum irrepsit. Qua „labente nocte, in Patris ipse sui sinu requievit. Quapropter

suis

suis dicit Apostolis in horto Gethsemane, in posterum, inquit, dormite. Somnus autem de quo loquitur, verbum est mundo non intellectum. Id est, ad Patrem meum vado Ego lux mundi, nationum dies. Vos verò promissis super requiescite: In ipsis profundo obruimini somno. Nec vos à dolosis vigilibus excitari patimini, qui vos noctu circumducerent, ac proinde per campos oberrare cogerent, quo tempore quiescendum sit atque dormiendum. Locus est Matth. XXVI, 45. Quis verò vel somniando in talem allegoriam incideret? Quid tandem non fiet ex Scriptura per insanum ejusmodi allegoriarum studium? Etiam hîc laxatis frænis fertur equis auriga &c. Plura addere potuissemus loca, sed ex his patere satis jam potest, quâ scripturæ reverentiâ hi homines ducti, & quâ ratione in illa tractanda versati fuerint, qui omnibus aliis in scripturæ scrutinio, toties nobis commendato, etiam sobriè versatis dicam scribere ausi fuerunt.

§. XX.

Jam quod doctrinam ipsam *Marionis* & *Alluti* attinet, (1) *de verbo Dei* docent, *omnia hactenus esse obscura, figuris & umbris involuta, velo tecta, sub quo Deus se hactenus occultaverit & intellectus non fuerit.* Alarm / Geschrey pag. 142. Diß ist dann hier der Tag / da die grobe Dinge werden ein Ende nehmen / die Zeichen und Figuren werden durch das Wesen erfüllet pag. 165. Die Schatten sollen vorbeygehen / das Wesen wird erscheinen. pag. 167. Deine Rechte sind ihm (deinem Volck) unbekandt. Die Hoffart / die Eigen-Liebe und der Teuffel verstopffen ihm den Verstand / und bereden es / es habe alles empfangen / das es empfangen müsse / in der Zeit / da es nichts empfangen hat / als

Verbum DEI obscurum esse docent, in quo omnia figuris, umbris, velo sint involuta.

Schatten und Figuren. *Delin. just. div.* pag. 17. „Ah, „veniam, inquit ille, ut me cognoscendum præstem: Nul„lum enim ex juribus privilegiisque meis hactenus intelle„ctum est & p. 18. dictum est Lucem in mundo fuisse; nec „mundum ipsam comprehendisse. Quod majus testimo„nium requiratur ad intelligendum noctem reverâ nondum „præteriisse, noctem rebellionis? Quæ si præteriisset, di„ctum non foret mundum lucem non comprehendisse. Di„ctum quoque non foret lucem in mundo fuisse, nisi & ab „ipso illa recessisset. p. 19 *Homines umbris ipsius verbi ob„ruuntur, nec possunt ipsum verbum cognoscere.* Homines „obruerunt umbræ, mera specie allecti sunt veritatis. p. 20. „Hucusque Deus sub umbris delitescere voluit. Moses se„ipsum sub velo occultavit, populum in formidando Dei „nomine cum allocutus est. Christus seipsum velo quoque „obtexit, ut populum suum alloqueretur --- p. 29. popu„lum meum firma spe in ipsam rerum substantiam infixa al„lexistis, cùm meræ illæ sint umbræ --- sub umbris igitur „degitis, & quicquid sapitis, meræ sunt umbræ, cùm aga„tur de perveniendo ad perfectam illam Christi staturam p. 55. „*biblia* vocantur *nationum sepulchrum.*„ In lib. *Vbi de vasta„veritis* &c. p. 59. dicitur. „ Populum tuum decepisti, O „sapientissime in viis tuis Deus. Insidias ipsi tetendisti. O „formidabilis sapientia, quis tuam non vereatur manum, „ubi eam ad opus admoves? Retia tua in singulis fuerunt „operis tui (bibliorum) vicis ---

§. XXI.

Quod rejicitur, nam Evangelium de Christo clarè patefactum est.

Vides lector, ex omnibus faciunt umbras, velum, allegorias, quæ eò faciunt, ut nuda, simplex & aperta Evangelii veritas nobis è manibus eripiatur. Nempè Christum ipsum fuisse tantùm signum, figuram, umbram volunt;

lunt; nos non habere rem atque veritatem, quæ omnia demum suo tempore adhuc sint repræsentanda. Annon hac ratione inane redditur Evangelium Christi? Christus certè venit plenus *gratiâ & veritate* Joh. I, 14. atque in ipso est *veritas* Eph. IV, 21. & quotquot sunt Dei promissiones, in ipso sunt *etiam & Amen* 2. Cor. I, 20. Moses & Christus non debent conjungi, quòd utrobique Deus sub velo homines allocutus fuerit, sed opponuntur: Lex per Mosen data est, sed *gratia & veritas* per Jesum Christum præstita est Joh I, 14-17. per conversionem ad Christum tollitur velum Mosis 2. Cor. III, 15, 16. & v. 18. Nos autem omnes *retecta facie* gloriam Domini quasi in speculo intuentes in eandem imaginem transformamur ex gloria in gloriam tanquam à Domini Spiritu. Unde qui in Christum credunt, tanquam veri adoratores Deum adorant in *spiritu & veritate* Joh. IV, 23. non sub *umbris*. Quippe Christus est *umbrarum corpus* Coloss. II. 17. in quo habitat tota plenitudo Deitatis *corporaliter* v. 9. ut in eo simus *completi* v. 10. Et cùm hactenus perspicuitatem verbi divini contra adversarios defenderimus, nostri πνευματοφοροι omnia iterum involvunt umbris. Sed Christus *clarè annunciavit voluntatem Patris* Joh. XVII, 6. atque *omnia nota fecit*. XV, 15. & Spiritum promisit, qui Apostolos & fideles *duceret in omnem veritatem* XVI, 13. atque Apostoli annunciarunt *totum consilium Dei* Act. XX, 27. atque Evangelium prædicarunt *cum demonstratione veritatis ad conscientiam* atque magna cum luce & claritate 2. Cor. IV, 2. Unde Corinthii *divites facti erant in Christo in omni cognitione* 1. Cor. I, 5. Absit ergò, ut verbum illud obscuritatis accusemus. Agnoscimus ejus claritatem Non expectamus aliud verbum. Suspiramus, ut Deus velit retegere oculos nostros, ut videamus mirabilia in lege ipsius.

§. XXII.

Marion & Allutus verbum internum imò aliud Evangelium ponunt.

Sed quemadmodum de verbo externo tam contemptim loquuntur, ita (2) *verbum internum* commendant. *Vbi devastav.* p 13. „Sed quid agam, donec sese in cordi„bus nostris, in uniuscujusque corde plene manifestaverit „Deus? Quid ages? Deum tuum quære humilitate, pœ„nitentia, amore in Deum proximumque. Ea lex est Chri„sti, nec alia vobis necessaria est. *Meum verbum cordibus „vestris inscriptum invenietis*, si me seriò quæsiveritis, vos „quod manu ducet, vobisque dicet, Huc venias & eo va„das, vosque à profunda retrahet idololatria, vobis ipsis „incognita, in qua versamini. p. 14. Legem meam, iteratò „dico, cordibus vestris inscriptam invenietis, mea si verba, „mea si mandata sequamini, mundum relinquentes ejus„demque idololatrias.„ Dicuntut hæc *oppositè*, quod notandum est, *ad verbum Dei per ministros Evangelii prædicatum*, quos cordis sui somnia, tali vel tali ex libro & authore deprompta, imò stulta sua deliramenta divendere ajunt, adeoque à verbo prædicato homines abstrahunt & ad *verbum internum* remittunt. Etsi verò omnem verbi prædicationem rejiciant, uti in locis proximè citatis prolixè videri potest, permittit tamen subindè spiritus, ut in cœtum aliorum ingrediantur. Alarm-Geschrey p 74. Gehet / besuchet die Freunde / die euch angewiesen sind / dann sie selbst werden (das Wort) für euch offenbahren. Ihr könnt ohne Furcht in ihre Versammlung gehen. Es stehet euch frey. Erzeiget keinen Zorn oder Galle wider ihren Gottesdienst oder absonderlichen Glauben. Paulus gehet vor euch her mit seinen Worten (respici videtur ad 1. Cor IX, 19 --) Das Hertz ist mein / und nicht das Auswendige. Der Jude wird das Gesetz hören / der

der Heyde die Oracul seiner Göttern / so er zum Gesetz des HErrn bekehret ist: Bellè. Et ut amplius verbum Dei depretient (3) *alias leges & aliud Evangelium* introducta iri volunt; *delin.* p. 24. "O vos hominum filii, à Domi-" no qui legem accepistis, quomodo ingrediamini, ejusdem" inutilitatem, injustitiam ipsi demonstraturi? O vos qui-" bus deridiculo sunt admonitiones meæ, o vos qui gloriam" pedibus conculcatis meam, nonne legislator ego sum tum" in terris tum in cœlo? Quis leges mihi ponat eas danti fi-" gentique dominationibus universis cœlestibus & terrestri-" bus, quas & imperio ego subjicio meo? *Quod egomet con-*" *stitui verbum, id mihi nonne liceat rescindere, verbum aliud*" *ut erigam?* *Meane absoluta minus sint privilegia quàm ve-*" *stra?* *Leges meas revocabo præscribamque novas.* Novos" enim cœlos, novam terram creatum venio. Quapro-" pter populo illi sancto & novo sanctas oportebit esse leges," puras, inviolatas; Illi siquidem meæ faciei creaturæ erunt," præsentiæ meæ imaginem in seipsis gestantes „ & *delin.* p 29." Quomodo vocare velitis promissionem illam ab Angelo" declaratam in revelatione ad Johannem missa, ubi dicit, se" Angelum vidisse volantem per medium cœli cum Evange-" lio æterno, ut id annunciatum foret populis, tribubus," linguis & nationibus? *Eo nonne vobis significatur, id quod*" *hodie tenetis* Evangelium, *hoc est promissionem vobis à Chri-*" *sto relictam, meras esse umbras & figuras:* Eamque adim-" plendam esse per æterni substantiam Evangelii, id est, nun-" cii acceptissimi in æternum duraturi, adimplendam per Pa-" trem, Filium, Spiritum S. Secundum vos enim & ea quæ" sub umbris invenisse credidistis lumina, nec Spiritus nec" Pater, quodam dicendi modo, ullam tenent partem in E-" vangelio Christi„ - - Unde de *triplici lege* mentionem faciunt.

Alarm-Geschrey pag. 67. *delin.* p. 13. Nihil nunc quidem hisce opponimus, præterquam Gal. I, 8, 9. *Sed etiamsi nos aut Angelus è cœlo evangelizet vobis præter id, quod vobis evangelizavimus, anathema esto. Ut ante diximus, etiam nunc iterum dico, si quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepistis, anathema esto* & 1. Petr. I, 25. *Sed verbum Domini manet in æternum; hoc autem est verbum illud, quod evangelizatum est vobis.*

§. XXIII.

Error capitalis de SS. Trinitate fovetur ab inspiratis nostris.

Pergimus (4) ad *S. S. Trinitatem*, de qua ita loquuntur inspirati nostri, ut Socinianismus haud obscurè pellucear. Alarm-Geschrey p. 62. Hier (nempe in reædificatione Ecclesiæ per Spiritum S. uti ex præced. patet) ist dann die Erfüllung der Gleichniß des Tempels / den Christus sagt / daß er wieder auff wolle bauen / das heilige Geheimnüß eines den Menschen geoffenbahrten GOttes / unter dem Namen Vatter / Sohn und Heil. Geist / vollkommen entdeckt. Diß ist die dritte Person / die kommt das Werck zu vollenden / welches dieser allerheiligste und gütigste GOtt hat angefangen unter dem Namen und Titul / Vatter / Sohn; Altes und Neues Testaments; erster und zweyter Bund. Ecce! non loquuntur de *tribus personis*, sed *tribus nominibus, titulis.* Deus dicitur opus suum incepisse sub *titulis Patris, Filii*, atque illa explicantur per *Vetus & Novum Testamentum, Vetus & Novum fœdus*, quibus dein accedet, ut alibi clarè loquuntur, *fœdus Spiritûs S.* Quid hoc aliud est, quàm Deum pro diversocum hominibus agendi modo se revelâsse ut Patrem, Filium & Spiritum S. præsertim cùm in hoc opere Mysterium Trinitatis *perfectè* dicant detectum esse. pag. 88. Um durch diß Zeichen der Arche

Arche (vid. præced.) die unterschiedliche sichtbare und anmerckliche Haußhaltungen / die auff Erden solten gesandt werden / anzuzeigen hat GOtt diesen Namen / Vatter / Sohn / Heil. Geist angenommen: Verblümte Worte für die Kirche. Ecce *nomina* Patris, Filii, Spir. S. & quidem *figurativa*, & *assumpta ad induendum diversas œconomias*. Ergò non agnoscunt *tres distinctas personas*, & quidem *naturaliter in unica divina essentia existentes*. Similia legi possunt p. 142. Ita *in delin.* &c. p. 21. "Perfectam cœlorum divinitatem nullatenus" invenietis, secundum lumina vobis hucusque manifestata," *nisi sub trium illorum nominum, Patris, Filii & Spiritûs S.*" *denominatione. Quæ nomina signum sunt, figura hominibus. Oculi siquidem vestri Patrem, Filium aliter spectare*" *non possunt, quàm ut entia visibilia, palpabilia. Spiritus*" *verò res est oculis vestris carnalibus invisibilis, comprehensioni vestræ. Quapropter nomina Patris, Filii vobis umbræ*" *sunt, sub quibus divinitas se ipsam occultare voluit. At*" *verò Spiritus is est sincera imago, vis, virtus, esse Dei, si*-" *quidem cœlum & terram complet, cùm illæ Patris & Filii umbræ vobis rem visibilem & sub tactum cadentem sistant.* Itaque se populus meus tangere, videre, degustare, sapore" percipere vim magnitudinemque Dei sub his figuris arbitratus" est. Nomen meum, inquit, cœlorum & terræ Dominus" est imperscrutabilis, invisibilis, incomprehensibilis," cœlum terramque, abyssos præsentiâ sua complens, omnia" per eum vivunt moventurque. Nemo Patrem cognovit" nisi Filius. Hoc est. Nemo Deum cognovit nisi ipsemet" Deus. Et cui seipsum revelare dignabitur, vitæ verbo," Spiritu Sancto in eum immisso„ --- Iterum insincerum & generale nimis est perfectam cœlorum divinitatem sub trium illorum

illorum nominum, Patris, Filii & Spir. S. denominatione exprimi, nam & hoc Socinus dixerit. Personæ indigitantur per illa nomina, nam perfecta cœlorum divinitas in tribus distinctis personis subsistit. Et quando *nomina Patris & Filii* dicunt esse *umbras, nomen Spiritûs* verò exprimere *sinceram imaginem, vim, virtutem, esse* Dei, clarè patet, quòd sub his nominibus non velint significari personas, sed per *nomen Patris & Filii* Deum *metaphoricè exprimere suam essentiam*, per *nomen Spiritus* verò *propriè*, unde etiam ampliùs apparet, quòd nomen *Spiritus* hîc non accipiant *personaliter*, sed *essentialiter*, cùm tamen *in oppositione ad Patrem & Filium personaliter* accipere deberent, si personas voluissent distinguere. Denique propositionem illam Christi; *Nemo Patrem cognovit nisi Filius* &c. simpliciter, insuper habito omni personarum discrimine, ad quod tamen Christus manifestè respicit seque & Patrem tanquam distinctas personas relativè oppositas considerat, ita resolvunt. *Nemo Deum cognovit nisi ipsemet Deus*, adeoque Patris & Filii distinctionem manifestò tollunt. Inde verò, quia veram personarum trinitatem tollunt, etiam est, quòd tam confusè de ea loquantur, more nempe Socinianis etiam sueto, quod aliter etiam esse nequit, nam veritas sibi constat, error non item; Alarm-Geschrey p. 127. Du Licht der Welt / / / gib ihm (deinem Volck) den Mantel deiner Gnade / der es bedecke / deinen eigenen Mantel / JEsum / welcher ist dein Heil. Geist p. 153. Werdet von neuem gebohren / ihr Wiederentrunnene / ihr die ihr noch ein wenig Lebens habt. Werdet von neuem gebohren / weil das Leben selbst / das Leben der Engeln euch zugesand ist / der Heil. Geist / der von GOtt dem Vatter / dem Sohn und dem Heil. Geist ausgehet / der

ganz

gantz vollkommene GOtt / welcher den himmlischen und unsterblichen Dingen in den Himmeln das Leben gibt. p. 183. In dem sie den Geist / welcher der warhaffte Christus / der warhaffte Priester ist / mitten aus seinem Volck ausgelescher haben „ p. 199. Der Wille GOttes ist sein Wort / das Wort GOttes ist Christus / der Heyland der Welt. Das Wort GOttes ist seine mächtige wirckende Krafft „ Ubi *Christus* explicatur per *verbum Dei*, *verbum* per *voluntatem Dei*, sic ergò Christus non erit persona à Patre distincta. Prolixè eadem proponuntur *delin.* p. 125. "Quapropter Deus, populo-" rum, Angelorum & universæ rerum naturæ Rex verbum" dixit & quæ res non erant eæ quasi fuissent, emerserunt." Verbum illud vocavit virtutem ab ipso procedentem, se-" ipsum. Is Christus est, qui verbi titulum assumpsit, tan-" quam qui Deus esset, Dei creatoris voluntas„ Christus ergò nihil aliud est quàm *Dei voluntas*, adeoque non est *persona à Patre distincta.* Idem repetitur *delin.* p. 133. & *ubi devastaveritis* &c. p. 67. "Dei Domini quis cognovit vo" luntatem? Res omnes ea complectitur: Res omnes ea co-" gnoscit. Res omnes ea creavit; & singula sive in cœlo si-" ve in terra per eam existunt. Quapropter vocatur ea Dei" filius unigenitus, Christus, verbum creans. Cum supre-" mus rerum arbiter Dominus *voluntatem suam peperit*, *ut* " *esset filius ejus primogenitus*, *filius ejus unigenitus*, *tunc* " *res omnes factæ sunt*„ Disertè patet filium confundi cum" voluntate Dei. Ubinam unquam scriptura dicit *Deum peperisse voluntatem suam*, *ut esset filius ejus primogenitus* &c. Plura alia hujus generis notare possemus, nisi brevitati studeremus. Sic *delin.* p. 60 61. 62. ratio redditur quare *Christus filius Dei* dictus fuerit, quia nempe perfecit voluntatem Dei; &

delin. pag. 144. *Spiritus S.* explicatur per *Dei promissiones.* En γνησιας Socinianorum è nido pullos, quos ex pennis satis agnoscere quisque potest.

§. XXIV.

De quiete Dei à creatione & electione atq; angelis quid sentiant.

Porrò (5) de *cessatione* Dei *à creatione* seu *quiete Dei* mirum proponunt conceptum. *delin.* p. 130-132. Nempe *Deus* comparatur cum *homine dormiente*, ubi anima in corpus non influit. „Quemadmodum homo in suo somno „corpus suum, singula sua membra non regit, nec ea agnos„cunt, nec admittere possunt ullum mandatum ab anima „in ipso inhabitante profectum, quoniam quievit illa; quo„niam ea corpus quieti traditum reliquit: Sic Creator, vita „mundi, manente ipsius quiete nullam corporis sui mem„bris influentiam immittit, nullum jussum, cui summo ri„gore requirat absolutam præstari obedientiam - - „ Hæc recitasse est refutâsse, quod in singulis etiam paginis scriptura facit. Quid (6) de *electione* sentiant, *delin.* p. 142. declarant. „Multi vocati, sed pauci electi. Ne putetis tamen „me populum meum rejicere, quamvis fœdus, in quod „confidit, fregerim. Deus enim terram habitabilem ad„vocat, nullo excepto. Sed *Evangelica opera filios* Dei *eli„gunt* - - sed unusquisque ferè verbi virtutem contemnit, „*Evangelicos mores, qui filios* Dei *eligunt, qui vos in electio„nem æternam admittunt*, cui Deus ipse mentiri nequit nec „eam revocare - -„ Non ergo Deus hominem, sed homo Deum, homo sepsum, opera hominem eligunt. Hæccine sunt ex schola Christi, Apostolorum, Pauli præsertim? conf. Matth XI, 25, 26. Luc. XII, 32. Joh XV, 16. Rom. IX. XI. Eph. I. & alibi passim. Angelis (7) talia adscribunt, quæ ipsis non competunt. Alarm-Geschrey p. 13. Angelus inquit: Setze meinen Thron / HErr / in

denen

denen Hertzen / welche du wilst vereinigen / auff daß ich mich daselbst niedersetze " " p. 14. Siehe hier bin ich / HErr / und die Kinder / so du mir gegeben hast / " " damit wann ich zu dir fliegen werde / ich sie in deinen Schoos könne führen / um ihnen deine Herrlichkeit zu zeigen / und ihnen die (Herrlichkeit /) so du mir gegeben hast / mitzutheilen / " " weil du mich dann gesand hast / um deinetwegen ihre Gnade / ihr Barmhertzigkeit zu seyn. " " Alsdann / HErr / will ich (meinen) Sitz nehmen in ihren Hertzen / und sie so miteinander vereinigen / gleichwie du mit deinem Willen vereiniget bist. So ich deinem Willen folge / wie solches die Warheit ist / werde ich ihnen alles in allem seyn " " pag. 15. Ich will in eure Hertzen thun die Wasser / welche die Hände und die Füsse reinigen / die säuberen / die die besudelten Seelen waschen. Ich rede von meiner Weißheit / von meiner Gnade / die ich in euch will legen. Hæc non tantùm absque scriptura, sed manifestò contra eam dicuntur, atque loca Esa. VIII. Joh. XVII. 1. Cor XV. Ezech. XXXVI. in quibus illi loquendi modi occurrunt, perverturtur. Sed & hîc Socinianorum sputum lambunt, quibus ea, quæ Dei propria, Angelis tribuere solenne est, ut habeant, quod contra argumenta nostra pro Deitate JEsu Christi excipiant.

§. XXV.

Verùm (8) de Christo, qui fundamentum salutis unicum est, heterodoxa multa cumulant; nam (a) Christum *ex Spiritûs S. semine* natum esse ajunt, qui verus etiam ejus sit Pater. *delin.* p. 80. 81. (b) quod attinet officium Christi, nihil habent de *satisfactione Christi pro peccatis loco nostro di-* *De Christo plures errores cumulantur, inprimis ejus satisfactio negatur.*

vinæ justitiæ præstita, sed Christus dicitur fuisse *signum*, *figura*, *exemplar instaurationis*, quod vel sexcentis locis repetitur. Et quanquam in aliis locis optimè loqui videantur, more omnibus hæreticis communi, ut incautis obrepant & latibulum habeant, quo sensu tamen intelligant, ex aliorum quàm plurimorum collatione satis perspicitur. **Alarm-Geschrey p. 4. Ihr seyd der Erden ein Zeichen. Christus / so viel er Mensch ist / war den Menschen nur ein Zeichen. Der Heilige der Heiligen ist der Seligmacher / der Erlöser. Aber Christus / der Leib Christi / ist den Menschen ein Zeichen.** Sed in scriptura Christus non dicitur esse tantùm signum, sed propitiatio pro peccatis nostris 1. Joh. II, 2. factus *καταρα* pro nobis Gal. III, 13. p. 32. **Das ist die Liebe / welche der Sohn in seinem gantz heiligen und göttlichen Gesetz mitgebracht hat / da er sich den Menschen selbst zu einem Fürbild und Zeichen hat gegeben.** Sed scriptura amorem Christi in longè aliis constituit, nempe quod vitam pro nobis posuerit Joh XV, 13. Rom. V, 6 - 8. 1. Joh. III, 16. IV, 9 - 11. *delin.* pag. 27. „Hoc sciatis o populi, terrarum nationes, Christo duplex „esse ministerium complendum. Unum ut vos ad vitam „sanctam ducat, eandem, cui prius ipse institit, per viam, „dum injuriis, repulsis, opprobriis, ignominiæ seipsum „traderet, toleranda vel sævissima omnium morte. Sed „resistæ vobis non sufficiunt; A *dumbratio quippe duntaxat* „*sunt*. Ecce verò ædificium ab ipso per Evangelium, quod „vobis reliquit, delineatum; Ecce alterum punctum, ab „ipso spirituale per ministerium suum complendum. Hoc „autem est, vitam ut reddat creaturis ipsum amantibus.„ - - In his *duplex* Christo *ministerium* assignatur. Scriptura unum duntaxat novit, nempe quando minister circumcisionis factus

ctus est Rom. xv, 8. ad legem implendam, in forma servi existens Phil. II, 7. Porrò ministerium Christi in eo constituitur, *ut ad vitam sanctam nos ducat per eam viam, cui primus ipse institit.* Ita & Socinus. Nam & ille Christum nos ad sanctitatem ducere ait, & reliquisse nobis in passione & morte exemplar. Ubinam verò manet præcipua ministerii Christi pars, quòd debuerit fieri כפר, καθαρα, αμαρτια pro nobis? Equidem in eo Christus ipse suum ministerium constituit Matth. xx, 28. *Filius hominis non venit, ut sibi ministretur, sed ut ipse ministret, detque animam suam* αντιλυτρον, *redemptionis pretium, pro multis.* conf. Gal. IV, 4, 5, ubi Christus dicitur factus sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem acciperemus. Ergone hoc, quod sæviſſimam omnium mortem Christus pertulerit, *adumbratio duntaxat* est? Ille ergo, qui *omnium promissionum centrum, typorum antitypus, umbrarum corpus* est, umbra tantùm erit? vide Hebr. X, 1 -- Anne itaque necesse erat Christum in mundum venire, duntaxat ut adumbratio fieret, quòd olim peccatum per suam potentiam destructurus esset? Anne itaque in eo consistit immensus ille amor Patris filium pro nobis tradentis in mortem, quòd filium *umbram, signum, figuram* fecerit? Quid ergo fructûs ex eo in nos derivatur, quòd filius adumbratio factus fuerit? Anne hic est fidelis ille sermo & omni receptione dignus, Christum JEsum venisse in mundum, ut peccatores salvaret 1. Tim. I, 15.? Tuam, lector, appello conscientiam, annon sic funditùs evertatur Evangelium Christi. Sed meminerimus hîc verborum Johannis 1. cap. IV, 1 -- *dilecti, ne cuivis spiritui credite, sed probate Spiritus, an ex Deo sint; nam multi Pseudo-Prophetæ venerunt in mundum. Ex hoc cognoscite Dei spiritum; quicunque Spiritus profitetur Jesum Christum in carnem venisse,*

ex Deo est. At quicunque Spiritus non profitetur Jesum Christum in carnem venisse, ex Deo non est. Sed hic est Spiritus ille Antichristi, quem audistis venturum fuisse & qui jam nunc in mundo est. Adventum verò Christi negat, quisquis ejus vim, efficaciam atque finem negat.

§. XXVI.

Christi sacrificium perverè reficitur.

Inde est (c) quòd *causa crucifixionis Christi* in eo constituatur, ut *figuram Ecclesiæ* gereret *delin.* p. 33. „Nisi populus meus devictus fuisset quodammodo quasi spe orba„tus, videreturne denuo erectus esse? *Non intellexisset, quare „crucifixus fuerit Christus.* Ipse siquidem in proprio cor„pore ad mortem usque figuram Ecclesiæ suæ gessit-- „ & (d) Christus in nobis dicitur peccata super humeris suis portare ad crucifigendum ea. Allarm-Geschrey p. 27. **Die Sünden / die ihr begangen habt / welche Christus heute in euch auff seinen Schultern trägt / sie zu creutzigen.** Novus & insolitus in scriptura loquendi modus, *Christum hodie in nobis peccata nostra super humeris suis portare ad crucifigendum ea.* Cum Christo nos crucifigi, ad similitudinem mortis Christi plantari, veterem hominem crucifigi in scriptura legimus. Sed semel Christus peccata nostra in diebus carnis velut super humeris, similitudine ab onere desumptâ, portavit (quæ est emphasis vocis סבל, βασαζειν, bajulare Esa. LIII, 4, 11, coll. Gen. XLIX, 15.) nunc verò per potentiam suam ea aufert. Imò (e) *Sanguis Christi & Christus ipse* explicatur per obedientiam nostram p. ead. **Aber wohl die Figur / der figurliche Christus / hat die Widerspännigkeit getragen. Die Figur ist in euch. Sie ist es / die euch von der Last euerer Sünden wird entheben. Sie ist der Christus / welcher gantz in allen muß seyn / welcher in jeder Creatur König und Priester**

ster muß seyn. (Quid ergo tandem est illa figura, sive ille Christus in nobis?) Welche Figur und Fürbild ist Gehorsam/ Licht/ Erkänntnüß/ Liebe/ Barmhertzigkeit/ die durch den Engel GOttes gewürcket werden. Lasset dann die Figur eure Hertzen leiten/ damit sie die dem lebendigen GOtt zu einem Opffer anbieten. Sie wird euch von euren Sünden reinigen. Sie ist das Blut Christi/ welches eure Seelen gantz weiß/ und euch dem figurlichen Christo gantz gleichförmig machen wird. En ergo tandem mysterium horum hominum. *Christum in nobis* ita explicant, ut *Christus extra nos* & *pro nobis* tandem nihil sit. Anne apertiùs Christus cum suo sacrificio rejici posset? Ita Alarm-Geschrey p. 113. Das Fürbild Christi/ die Fürschrifft/ welche er der Welt gelassen hat/ das ist sein Blut/ welches die Sünden abwäschet. --- Sic etiam (f) *aquæ spirituales*, quæ procul dubio Christi gratiam & merita dicunt, explicantur per *virtutes*, die Liebe/ die Annehmung seines Wohlgefallens/ die Demuth/ die Gutthätigkeit/ die Freundlichkeit/ die Gedult. Alarm-Geschrey p. 85. Porrò (g) *comedere carnem, bibere sanguinem Christi* secundum nostros authores nihil aliud est, quàm *obedire præceptis Christi*. Alarm-Geschrey p. 33. Es ist gesagt/ daß Christus seinen Creaturen ein fleischern Hertz werde geben. Denckt nicht/ daß es ein leiblich Hertz werde seyn/ von grobem Fleisch. Es ist von dem Fleisch/ davon Christus zu seinen Jüngern sagte: So ihr mein Fleisch nicht esset/ werdet ihr das ewige Leben nicht haben. Das Fleisch bedeutet Gehorsam/ Unterwerffung/ Demuth vor dem Allerhöchsten. Atque (h) expressè *nulla alia reconciliatio* esse dicitur,

dicitur, nisi quæ consistit in *obedientia nostra. delin.* p. 97. „Jam illuxit hora, cùm Christus & Ecclesia dicent. Ego „sanctus sum, ut Pater sanctus est. Inter primos estis ad „quos reconciliationis verbum dirigitur, i. e. verbum puri„ficationis & sanctificationis. *Alia enim nulla datur recon„ciliatio quàm ista, Deum inter & homines, quos sibi in hæ„reditatem præparat.*„ Ita apertè contradicitur scripturæ atque negatur reconciliatio in sanguine Jesu Christi. Rom. V, 10. 2. Cor. V, 19. Col. I, 20. Ephes. II, 16. Sic planè subvertitur unicum illud fundamentum Ecclesiæ, quod est Jesus crucifixus 1. Cor. III, 11. Cap. II, 2. Certè Rom. V, 10. dicimur reconciliati Deo fuisse, cùm inimici essemus, quæ non potest esse reconciliatio per sanctificationem, sed per expiationem peccatorum in morte Christi factam, & 2. Cor. V. manifestè duplex occurrit reconciliatio, nempe Dei nobiscum v. 19. per satisfactionem, quam annunciat verbum reconciliationis v. eod. ut perficiatur reconciliatio nostra cum Deo per regenerationem & fidem v. 20.

§. XXVII.

Quomodo carnem Christi comedi & sanguinem ejus bibi velint inspirati.

Insignis adhuc locus est de *modo, quo caro Christi comedi & sanguis ipsius bibi debeat*, in lib. *ubi devastaveritis* &c. p. 25. Ubi *Allutus* ita loquitur: „Oris mei verba, „quæ vobis Ego sanctus Dei creatoris spiritus jam jam eructa„turus sum, animadvertite. Hæc hominis vox non est, sed „Dei fortis, cujus vocis verba ab auribus eadem audituris „repetentur, die visitationis cœli super terram. Homo „obbrutuit. Unica cœlesti vita nec alia quacunque re pot„est illi gratus evadere, coram quo subsistere nequit immun„dities. Ah, sanguine Christi lavabor ego, inquiunt pro„fani; quo tempore ipsius sanguinem pedibus conculcant. „Quidnam vos Christi sanguinem dicitis? ipsius carnem & san-

ſanguinem ſciatis ſpiritum & vitam eſſe. Nullus ſanguis“
alius cor lavat, præter obedientiam Chriſti. Jam verò“
Chriſti obedientia via eſt, Exemplar eſt, quod ipſe in mun-“
dum intulit. Quomodo aſſumi poſſit ſanguinis iſtius“
communio, ipſum niſi imiteris, ipſius niſi inſiſtas veſti-“
giis? Quidnam eſt communio? Id mihi declarate, o cæci“
terræ porci, Dei verbum ipſum pedibus conculcatis. Signa“
rerum veritatumque loco apprehenditis; parabolas, quaſi“
eſſent res perſpicuæ, cum tenebris veſtra obruantur corda.“
Dictum eſt à mundi ſervatore. Qui carnem ipſius come-“
derit, ſanguinemque ipſius biberit, ab eo mortem nun-“
quam viſum iri. An venarum ſanguine producendum iſto-“
rum promiſſorum finem creditis? Nonne profanos omnes“
ſalvos præſtaretis, imò eos omnes, qui, hujus ſigni ſacri“
participes ubi fuerint, pedibus ſtatim legem illam Dei“
conculcant, verba illa, quæ premendo expreſſa mundum“
condemnatura ſunt? Meam carnem qui comedet & meum“
ſanguinem qui bibet, is mortem nunquam viſurus eſt, ſed“
à morte ad vitam transferetur. O rete, o præcipitium“
Domini, quàm multa illaqueaſti corda? quàm multos“
irretiiſti ſuperbos, ſui ipſorum amore diffluentes, ad ma-“
lum patrandum pronos & rebus veſcentes mortuis, ipsâ“
literâ, quæ quidem mortem infert, ut declaratum eſt? “
Quando ſuum populum Chriſtus ea ratione alloquitur, &“
alibi quando ſuis ait diſcipulis. Quicunque carnem ipſius“
non comederit & ſanguinem ipſius non biberit, eum vi-“
tam æternam nunquam viſurum. Addiſcite, addiſcite,“
prudentesque demum evadite. Et rebus veſcimini ſolidis,“
cibis qui vobis eſſe poſſint velut in nutrimentum pingue-“
faciens, ritè electum riteque excoctum. Sanguis & caro,“
quorum mentio facta eſt, Dei ſunt mandata, Chriſti præ-“

„cepta ab ipso illata in mundum; ejus statuta: Illo demum „sanguine contritæ lavabuntur animæ. Sed comedenda est „illa caro & bibendus ille sanguis: Id enim quicunque præ„stiterit, mortem nunquam visurus est. Sed diceretis, „quomodo possit homo res illas effectas præstare, cùm ob„ruatur infirmitate, debilitate; ad malum pronus sit, viri„bus destitutus? En verò (columnam) à Christo in mundum „illatam, quæ firmo est ipsam amplectentibus fulcimento, „nempe assiduis conatibus continuò adlaborandum est, ad „scopum exemplaris illius, quod mundo Christus attulit, „quærendum: & ubi pedem tuum loco dimotum videas, „cor statim conterendum. Id enim acceptum est coram „ipso sacrificium. Hæc si fiant, obedientia, sanguis Chri„sti, perfecta, completa ipsius obedientia singulos lavabit, „quotquot adlaborantes invenientur - - - - & quasi totum ab„solvissent curriculum reputabuntur, ubi universam ipsorum „deplorarint miseriam & eum qui usque parcit ut ipsis opi„tuletur orarint.

§. XXVIII.

Quod refutatur.

In hisce *Allutus carnem & sanguinem Christi* non considerat ut *sacrificium*, sed tantùm ut *obedientiam*; obedientiam verò illam non tanquam *loco nostro præstitam*, sed tanquam *viam & exemplar*, quod Christus in mundum intulerit; *sanguinis istius communionem per Christi imitationem exponit.* Et postquam crassum illum modum carne Christi vescendi & sanguinem ejus bibendi, profanam etiam eorum persuasionem, qui putant sese carnem & sanguinem Christi in sua impuritate & peccatis accipere posse, rejecisset, super verbis Christi; *Quicunque carnem meam edit*, &c. exclamat: *O rete, o præcipitium Domini! Quàm multa illaqueasti corda? Quàm multos irretisti superbos, sui ipsorum amore diffluentes,*

fluentes, ad malum patrandum pronos & rebus vescentes mortuis, ipsâ literâ, quæ quidem mortem infert, ut declaratum est. Absit à nobis verba Christi, quibus ad communionem carnis & sanguinis sui tanquam veri sacrificii invitat, *rete, præcipitium* vocare. Christus in verbo suo declaravit satis, quomodo ipsius carne vesci, sanguinem bibere debeamus. Utique *Christo mortuo* vescimur, nam Christi corpus, ut fractum, mortuum, in sacrificium pro nobis datum est cibus animæ nostræ, sed per *veram fidem*, quæ per opera efficax est; quali ratione profani carne Christi nec vescuntur nec possunt vesci, quamdiu profani sunt, quia fidem non habent. Et bibimus *sanguinem venarum Christi*, hoc est, qui ex venis Christi profluxit, quatenus in illius sanguinis effusione fuit satisfactio & expiatio peccatorum nostrorum, unde & sanguini Christi effuso ubique in scriptura tanquam causæ meritoriæ tribuitur salus nostra, sed bibimus illum *per veram fidem*, qua ratione iterum profani sanguinem illum nec bibunt nec bibere possunt. Et qui eo modo carnem Christi comedunt & sanguinem ejus bibunt, certissimè & unicè vitam æternam habere ex ore Christi edocti sumus. Sed videamus nunc, quomodo nobis *Allutus* per spiritum suum edoctus *illam Christi carnis & sanguinis communionem* explicet. *Quando suum populum Christus eâ ratione alloquitur -- Addiscite, addiscite; --- sanguis & caro, quorum mentio facta est, Dei sunt mandata, Christi præcepta ab ipso in mundum illata.* Mirus & inauditus in schola scripturæ commentarius! sanguis & caro Christi sunt *Dei mandata, Christi præcepta.* Quid ergo erit *comedere carnem, bibere sanguinem Christi?* scil. *præcepta illa observare.* Et quomodo *observare possumus* præcepta Christi, qui infirmi sumus? Nempe *adlaborandum est, ut ad exemplar Christi nos componamus.*

Quid verò si *deficiamus* ab illo exemplari? *Cor statim est conterendum. Id si fiat, quotquot adlaborantes invenientur, quasi totum curriculum absolvissent, reputabuntur.* Quæso te, Lector, an non hic sit purus putus Socinianismus? Longum & præter scopum nostrum foret in falsarum opinionum refutationem prolixius excurrere velle, sed nec opus est, cùm id sufficienter à Theologis factum sit; monstrosa dogmata, quæ revelationis immediatæ nomine mundo propinantur, notasse atque detexisse sufficit. Hiccine verò est Spiritus Christi, qui Christum depretiat, tollit atque inanem reddit? Aliter certè Christus de Spiritu S. in Apostolos effundendo loquebatur. Joh. XVI, 14. *Ille* (Spiritus veritatis) *me glorificabit, nam de meo accipiet atque vobis renunciabit.* Quemadmodum etiam in universo N. T. Spiritum S. per Apostolos atq; Evangelistas Christum tanquam unicum, consummatum & plenissimum salvatorem, in cujus nomine omnes credentes habeant remissionem peccatorum, glorificâsse legimus. Nihil verò hîc in Catechesi *Alluti* de *satisfactione, sacrificio, merito Jesu Christi*; Sed caro & sanguis Christi sunt Dei mandata, Christi ptæcepta. *Nihil hîc de fide in Jesum Christum*, quâ ipsius sacrificium apprehendamus, carnem & sanguinem Christi comedamus & bibamus, sed carnis & sanguinis Christi communio est Christi præceptorum observantia. *Nihil de gratia Dei & Spiritus S. operatione*, quâ Christo unimur & imagini ipsius conformes reddimur. Sed adlaborandum est (scil. *per liberum arbitrium*) ad scopum exemplaris illius, quod mundo Christus intulit. *Nihil de justificatione gratuita per fidem in Jesum Christum.* Sed quotquot adlaborantes invenientur, quasi totum curriculum absolvissent, reputabuntur; scil. per *Sociniavorum acceptilationem.* Sic scilicet unâ liturâ Evangelium

gelium inducitur, fœdus gratiæ evacuatur, Christus abnegatur, atque justitia ex operibus stabilitur. Hositaque gravissimos errores sub revelationis προφασει tanquam novam lucem mundo illatam iterum proferri videmus & acerbè dolemus. Hactenus Socinianismus sub *rationis specie* delituit, nunc per *privatas inspirationes* serpit. Id agamus, ut decenter Evangelio vitam transigamus, ne Deus ex justo judicio Evangelicæ veritatis lucem obscurari permittat.

§. XXIX.

Alii errores de lege Christi perfectiori, sacerdotibus secundum ordinem Christi, abrogatione potestatis ipsius atque ejus exaltatione.

Atque cùm ita de Christo sentiant Marion & Allutus, facilè concluditur, alios gravissimos errores cum hisce hypothesibus cohærere, quales sunt porrò (i) *de lege perfectiori* per Christum allata, quàm Mosis fuerit. Alarm-Geschrey p. 14. (k) *de pace nondum facta* per Christum; Alarm-Geschrey pag. 90. (l) *de aliis sacerdotibus secundum ordinem Christi delineat.* &c. p. 182. (m) *de abrogatione potestatis Christi*: Alarm-Geschrey p. 190. Der Stein / welcher heute über mein Volck herrschet / welcher der Eckstein ist / ist mit Menschen Händen abgehauen / und nicht ohne Hände vom heiligen Berg herab gekommen. Darum kommt der HErr / dem die Königliche Macht zugehöret / das Gebäu der Menschen umzuwerffen / um diesen Stein gäntzlich wegzunehmen / welcher nicht nach dem Winckelhacken der Gerechtigkeit / der Warheit ist / welcher nicht nach dem Richtscheit des Lichts ist / darum kommt ihn der HErr von seinem Ort wegzunehmen / damit der Heil. Geist / sein reines Licht / der Eckstein des Gebäues seye / seines Tempels auff Erden / geleget auff das Fundament der Verheissung. Et quemadmodum suprà vidimus de SS. Trinitate malè sentire inspiratos nostros, ita etiam (n) quod *unionem hypostaticam in Christo* non credant,

satis ex *delin.* &c. pag. 190. 191. cognoscí potest. Sic etiam (o) quænam eorum de *exaltatione, triumpho atque regno Christi in cœlis* mens sit, produnt in *delin.* pag. 26. „De „illis loquor qui majestatem Christi definire volunt, ejusque „circumscribunt virtutem, potentiam in rerum plenitudine „de ipso prædictarum ad ejus manifestationem in corpore „spectantium. Ubinam reperiatur Regis domitoris, victo„ris, triumphantis gloria, quam homines ipsi tribuunt? Ha„rum rerum an vel exemplar aliquod producunt? Christus „seipsum ad crucem usque abjecit, sputis, despectui, re„pulsis injuriisque hominum obnoxius, & porrò dicunt „Christum glorioſum, triumphantem de morte, mundo „& diabolo; Itane o cæci hominum aliquem triumphare „dicitis? Hæc potiùs nonne ignominia sunt, injuriæ, op„probria, quæ etiamnum super ipso restant loco gloriæ, „triumphi, quem ipsi adscribitis? Ah, inquietis. Trium„phat ille in cœlis, sui Patris in throno. O stulti, cæci, „nonne ibi locorum ab æterno usque triumphavit? Illumne „oportebat voluntaria sui demissione aliquem sibi gloriæ gra„dum illic adstituere? An imminuta fuerat ejus gloria, ipsius „ante manifestationem despectui injuriisque conjunctam. „Ah ebrietate obnubilati estis vos o Babylonis populi.---„ Nolumus prolixè in hæc verba commentari. Sed quæso nonne hoc est scripturam irridere? An ergo scriptura non clarè dicit Christum triumphasse de hostibus in cruce, Coloss. II, 15. exaltatum esse ad dextram Patris Rom. VIII, 34. Act. II, 33. regnare ad dextram Patris Ps. CX. coll. 1. Cor. XV, 25. accepisse nomen supra omne nomen &c. Phil. II, 9, 10. constitutum esse in cœlestibus super omnem principatum &c. Eph. I, 20-23. vicisse & sedere cum Patre in throno ipsius Apoc. III, 21. Christus certè omnes hostes vicit

per

per meritum mortis & passionis suæ. Victoriam verò demonstrat & applicat per gradus quoad efficaciam, secundum plenitudinem omnis potestatis, quam accepit in cœlo & in terra. Gloriosus fuit ab æterno quà Deus, sed non triumphavit ab æterno quà Mediator, non in carne assumpta; sed illum triumphum Christi per meritum mortis ejusque demonstrationem per resuscitationem & exaltationem in cœlum nesciunt aut scire nolunt inspirati nostri. Quàm incommoda etiam locutio est. *O stulti, cæci, nonne ibi locorum* (nempe in cœlo, Patris sui throno) *ab æterno usque triumphavit?* stultos & cæcos vocat nos *Marion*; ipse tamen non observavit ab æterno non fuisse *loca, cœlum, hunc Patris thronum.*

§. XXX.

Quid de viribus naturæ, gratia & fœdere Dei sentiant.

Ampliùs (9) quomodo mentem suam de *viribus naturæ* & *gratia Dei* explicent, disci potest Alarm-Geschrey p. 66. Christus als ein Fürbild/ hat gezeiget/ daß der Mensch den Teuffel dergestalten könne abweisen/ daß er hinter ihn weg muste fliehen; indem er in seiner Figur (darin) er einen menschlichen Leib hatte angenommen/ vor allen Versuchungen bloß gestellt war/ welchen die Menschen durch die Widerspännigkeit des ersten Adams unterworffen sind. Er hat sie alle abgeschlagen. Darum ist es ein Zeichen/ weil er gezeiget ist als eine Figur/ als eine Fürschrifft/ als ein Fürbild/ daß der Mensch warlich dem Bösen widerstehen kan/ nicht durch den alten Menschen/ der in ihm ist/ dann der hat ihn zum Tode bestimmet/ sondern durch die Gnade GOttes/ welche in allen Menschen ist/ welche selbst im Anfang erschienen ist/ nemlich GOtt zu lieben von gantzem Hertzen/ und seinen Nächsten als sich selbsten.

sten. Das Gesetz der Natur lehret es euch / die Gnade / welche GOtt allen Menschen / wann sie in die Welt kommen / gegeben hat / ist genugsam ihnen das Gute und Böse zu kennen zu geben. conf. p. 98. 99. 147. *delineat.* p. 143. Denique (10) doctrinam ipsorum *de fœdere Dei* addimus. Hîc verò (a) loquuntur de *triplici fœdere* primùm per *Mosen*, deinceps per *Christum* erecto, atque demum per *Spiritum S.* erigendo *delin.* pag. 35. Alarm-Geschrey p. 142. Nun kan der heilige Geist keinen Bund auffrichten / gleich dem des Vatters und des Sohns / weil er ein Geist ist / und die Krafft der allervollkommensten Gottheit vorbildet. Darum werden die Zeichen / die Figuren / durch welche GOtt zu der Erde gesprochen hat / durch dieses Wesen erfüllet / sie werden geistlich gemacht. Mein Volck ist grob und fleischlich / darum hanget es sich an grobe und fleischliche Dinge. Es siehet die Zeichen / die Figuren / durch welche Christus / GOtt sich geoffenbahret und gesprochen hat / an als etwas wesentliches. Ac si scil. Spiritus S. non virtute meritorum Christi effunderetur & fœdus gratiæ per Christum stabilitum in cordibus hominum erigeret. Et (b) per *fœdus Mosaicum oppositè ad fœdus Christi* salutem dari posse censent. *delin.* p. 35. „dixit Deus nec dicta revocabit, „se Ismaëli benedicturum, & deinceps Jacobo. Ismael jam „jam benedictus erit per Patrem, *per fœdus à Mose datum:* „Jacobus benedictus erit *per fœdus Christi*, quem repræsen- „tabat Isaacus. Hoc est, *Ismael Testamentum recipiet, per „fœdus Israeli super monte datum: Jacobus verò, qui figuram „gerit Christianorum sub Evangelica œconomia constitutorum, „hi benedicti erunt & hæreditatem adipiscentur per* Evange- „*lium.* Nam & unusquisque per geminas hasce leges judicabitur,

bitur, ut nemo conqueratur se extra cognitionem sibi re-„ lictam judicari. „ Paulus ex professo in epist. ad Hebræos adstruit legem fuisse infirmam, inutilem, neminem potuisse consummare, per sanguinem hircorum & taurorum non potuisse aboleri peccata, sed factam tantùm esse ἀνάμνησιν peccati; atque novimus nullum aliud nomen esse sub cœlo, in quo nos oporteat salvari, præterquam nomen JEsu, per cujus gratiam etiam salvati sunt Patres sub V. T. Sed Allutus promittit Ismaelitis benedictionem per fœdus, à Mose datum. Porrò etiam (c) *fœdus per Christum erectum fractum* esse in plurimis locis disertè ajunt *delin.* p. 86. „ Et terra paucos intra dies cognoscet me fœdus, quod cum„ ipsa feceram, fregisse, ut fœdus prorsus novum instituam.„ adde p. 87. 91. 92. 107. 118. 142. 143. & *Ubi devastaveritis* &c. p. 17. 19. quò (d) pertinent ea, quæ de *Christo literali, corporali & spirituali*, Alarm-Geschrey p. 110. *fœdere Christi carnali* p. 141. 161. 162. habent. In hisce impia sua dogmata satis propalant citati auctores, & quod fundamentum salutis planè subvertant & fœdus gratiæ tollant. Si non est in alio quoquam salus, præter quam in JEsu crucifixo, Act. IV, 12. atque nemo aliud fundamentum ponere possit 1. Cor. III, 11. & Paulus nihil scire voluerit præter JEsum Christum crucifixum. 1. Cor. II, 2. utpote qui vocatis Dei potentia ac Dei sapientia est 1. Corinth. I, 23. & de quo omnes Prophetæ testantur fore remissionem peccatorum in ipso omnibus in ipsum credentibus Actor. X, 43. Si JEsus Christus heri, hodie & in secula idem est Hebr. XIII, 8. atque ipse sit *rupes æterna* Esa XXVI, 4. ipsius justitia *æterna justitia* Dan. IX, 24. ipsius sanguis *æterni testamenti sanguis* Hebr. XIII, 20. si ipse *æternam* invenerit *redemptionem* Hebr. IX, 12. atque *unica oblatione consummaverit in per-*

petuum eos, qui sanctificantur X, 14. & *unâ pro peccatis oblatâ in perpetuum victimâ* confederit ad dextram Dei v. 12. atque *sacerdos maneat in perpetuum* Hebr. VII, 3, 21, 24. secundùm ordinem Melchisedeci, atque perfectè servare possit eos, qui per ipsum accedunt ad Deum, semper vivens, ut interpellet pro iis v. 25. Si Spiritus S., quem Christus promisit, quem etiam in virtute meritorum suorum dedit, *in æternum maneat* in Ecclesia Esa. LIX, 21. Joh. XIV, 16. Si denique *verbum Evangelii maneat in æternum* 1. Petr. I, 25. annon fundamenta religionis Christianæ funditùs subvertuntur, si fœdus Christi ruptum, aliud verò novum introducendum esse dicatur? scil. hi nascuntur flosculi, quando Socinianismus & Enthusiasmus sese invicem exosculantur atque in unum coalescunt. Plura addere possemus doctrinæ capita, v. gr. quomodo de *ministerio sacro*; *Ubi devastaveritis* &c. p. 12, 13. de *Ecclesia*; *delineat.* p. 65. 166 loquantur, allegoricarum etiam Scripturæ depravationum alia insuper specimina dare, Alarm-Geschrey p. 89. 154. 200. 208. *delin.* p. 56. 105. 106. 152. ubi summâ JEsum, Filium Dei unigenitum filiumque Mariæ blasphemiâ afficiunt. p. 161. & *Ubi devastaveritis* &c. p. 70. Sed in his subsistimus, ex quibus authorum nostrorum Spiritus & doctrinæ ratio satis superque cognosci potest.

§. XXXI.

Integra propponitur revel. vio N. LXXX. in delineat. divv. justit.

Temperare mihi tamen nequeo, quin, cùm hactenus pericopas tantùm quasdam hinc inde ex Marionis & Alluti revelationibus decerptas dederim, unam adhuc integram, quæ est *in delineat. just. divin.* &c. LXXX. p. 188 & seqq. lectoris oculis subjiciam, quæ ita habet. „Christus „super terram venit, ut ipse lapis esset offensionis in Israele, „ut & in lapidem instaurationis. Uter videatur ex geminis

ipsis

istis titulis regnare debere? An lapis instaurationis; an verò“
lapis offensionis? juxta omnem æquitatem, & juxta verita“
tem, nonne debeat lapis instaurationis? siquidem homo“
jam lapsus erat per Adami primi hominis rebellionem, &“
egebat instauratione, ut vitam quam amiserat, ipse recupe-“
raret? Igitur ad lapidem instaurationis jus regnandi perti-“
net. Ah, inquit Jacobi Rex supremus, hodie veni ad veri-“
tatem in lucem edendum, & mysterium iniquitatis mani-“
festandum, & quonam ipsum habitet in loco. Venio, in-“
quam iterum, ut manifestem & demonstrem Christum,“
quatenus lapis instaurationis est, non regnare, sed utique“
Christum quatenus lapis est offensionis, Christum sub figu-“
ra, sub forma hominis, virginis filium. Is ille est, qui re-“
gnat. Hic est lapis offensionis in Israele datus. Nonne in“
mediis nationibus dicunt, Christus regnat? Nonne & ve-“
rum est ipsum adorari, ipsum coli, ipsi dona offerri, sa“
crificia, preces, his cum exclamatione dictis: Gratias“
agimus tibi, Domine, quòd nos ex mortis tenebris instau-“
raveris, quod tuum in nos regnum confirmaveris: quod“
tuam largitus sis lucem ad nos illuminandos, & quod ab“
ipsa morte nos redemeris. Nec perpendunt jus istud lapidis“
instaurationis proprium esse, hominem à morte quam“
Adamus in mundum intulit liberandi, & ei virtutes cœlestes“
quas per peccatum amisit, largiendi. Quid ergò? An co-“
gnitu est difficile lapidem offensionis regnare, eumque il-“
lum esse Christum, quem hodie adorant? Hoc est, ado-“
rant literam. Jam verò dictum est, literam enecare. Nisi“
lapis offensionis finem habere debuisset, nunquam potuis-“
set Christus in crucem attolli. Nam solus lapis instauratio-“
nis regnare debet, nec mortem unquam degustare: nam“
ille ipsissima est vita. Hic est ille lapis absque manu decisus:“

„Alter verò lapis est exsculptus ut hominum reliqui, juxta „idem exemplar. Hic non est ille lapis qui debuit esse in an„gulo præcipuus. Hic ille non est qui regnare debuit; Nam „Christus id ipsum declarat, regnum suum non ex hoc esse „mundo. Regnum meum ex hoc mundo non est, inquit „ille. Idem est acsi dixisset, ego lapis sum offensionis in „Israële. Hic verò lapis non est, qui ipsum instaurare de„bet, sed potiùs litera est quæ ipsum occidere debet & crea„toris in ira percutere. Quoniam rebellis exstitit, & tene„bras plus amavit quam lucem. Deus creator cœli & terræ „vocatur Dominus. Is ille est qui corda cum ipsi fuerit vi„sum indurat, hoc ubi promeruerint; Idemque qui cum „ipsi libitum sit eadem suscitat. Hominis sub forma venit, „ipse ut esset in mediis nationibus signum; Et hoc signo ut „vividam spem constabiliret hominis restitutionis à suo lapsu. „Nam quis demum ille homo est qui possit in veritate dicere, „se è mortuis exsuscitatum esse; nec seipsum vivere, sed in „eo vivere Christum, scilicet imaginem quam Adamus pri„mus amisit? si vero id in omni veritate dicere non possit, „cur diceret Christum regnare, lapidem instaurationis? Cùm „Christus se non patitur bonum vocari, sed hunc titulum „ad Patrem suum remittit; scilicet loquitur ut lapis offensio„nis, quatenus in eo quod carnale est versatur, & seipsum „induit. Neutiquam bonus est in ea quam gestat figura, „quia formam peccati circumgestat. Id verò est ad signifi„candum hominibus neminem oportere sibi assentando se „bonum reputare, nisi & Pattem in seipso habeat. Qua„propter ubi Patri suo dicit, filios suos, populum suum pu„rificet; hanc petitionem fulcit per alium locum, ubi di„cit; quando quis voluntatem Patris ipsius exequetur, „fore ut Pater & ipse ad eum veniant, & cum eo cœnent,

& cum

& cum eo maneant; id est Spiritus, Virtus Patris &" Filii.„

Lapis offensionis in Israele, ipsum signum, is non est" quem oportet adorari, inquit Jacobi Rex supremus. Sed" adorandus est ille Christus, qui Spiritus est, vita, qui ver-" bum æternum est. Hic ille est Christus qui adorandus est" & colendus, non verò ipsum signum, ipsæ promissiones." Nam similitudines nunquam debent ipsius rei & veritatis" locum tenere, nec coram iis se prosternere debent homines" quasi ipsamet esset res atque veritas. Quæcunque enim" res finem habere debent, transire; Istæ res, inquam, non" sunt adorandæ; nec iis debent dona offerri, quasi hæc fo-" ret ipsa temporum plenitudo. Nam temporum plenitu-" do secum abolitionem afferet rerum typicarum, & res" omnes carnales evertet. Ipsa etiam litera finem habitura" est, quoniam Dei lex in uniuscujusque corde ipsius spiritus" erit inscripta digito. Nam cur in æternum, inquit supre-" mus Rex, in lapidem offensionis illiderent? Itaque car-" nalem illum Christum prorsus dejectum & eversum & de-" letum venio, illam carnalem literam, illum lapidem of-" fensionis, quem homines exaltarunt tanquam Regem in" omnes nationes universo super terrarum orbe cum justitia" dominantem: Quo tempore hic ipse lapis mortem intulit;" nec is ullo modo Rex est Israelis. Nam si Rex utique fuis-" set, nunquam Judæi suum Messiam in crucem dedissent:" Quoniam cœlorum Angeli suppetias ei venissent, & o-" mnes imperio ipsius adversarios funditùs sustulissent. Sed," inquit ille, regnum meum ex hoc mundo non est.„

Serpens in deserto non erat Deus. Is ille non erat," qui debebat in Israelem regnare, quamvis eorum plagam" sanaret cùm ad ipsum oculos suos convertebant. Minimè"

„gentium. Sed ipse Deus, qui in signo præsens erat, vir-
„tute sua in promissionem operabatur, quam dederat, scil.
„fore ut serpentem æneum quicunque aspiceret sanaretur.
„Quemadmodum & revera Dei virtus testimonium redde-
„bat ipsius verbo, ipsius promissioni. Jam verò Christus
„ipsam figuram adimplevit in sensu spirituali, ob serpentis
„morsum primo homini impressum & per eum omnibus ter-
„rarum nationibus. Quapropter Christus venit signa edens
„& miracula, imò promittens fore, ut quicunque versus
„eum adspiceret, is vitam per ipsum haberet. Quod veri-
„tati consentaneum est. Nam dum versus eum per fidem
„adspicit tanquam versus liberatorem, gratiam & amorem
„& charitatem Patris, fieri non potest quin ab accepto mor-
„su, quin à peccato suo sanetur: Is, inquam, qui per fi-
„dem id facit, eamque pretiosa veste induit, id est operi-
„bus, quæ vera fides producit. Nam si quis dicturus sit,
„ego habeo fidem, ea verò fides prorsus nuda sit, nec sit
„operibus ornata, remque tantummodo nudam exhibeat,
„ah! certissimè fides ea vera non est. Nam quæ fides virtu-
„tem, sanationem per Christi sanguinem allatam allicit, ea
„fides est circundata luce, splendido cultu, bonis, inquam,
„operibus. Credendo salus obtineri potest, sine hominum
„operibus, sine virtute ipsorum sapientiæ, si vera fides ad-
„sit. Ea namque sine operibus iis nunquam incedit, quæ
„Dei requirit virtus quo ipsamet operetur. Ideò dictum
„est fidem sine operibus mortuam esse. De fide tunc loqui-
„tur quæ non venit ex alto, sed quæ externa est nec stabilis,
„nec ullam præ se fert veritatis aut firmitatis speciem. La-
„pis offensionis quem in mundum Christus intulit, merito
„etiam fides mortua dici potest; quæ hodie est toti orbi
„Christiano lapis offensionis. Hanc adorant fidem. Co-

ram

ram ea se prosternunt. Hanc exaltant. Hanc in throno" collocant, quasi verus ea esset Christus, quo tempore" Christus fides est & lapis instaurationis, secum ferens amo-" rem, charitatem, timorem Domini cæteraque omnes" virtutes, quæ sunt Christianæ religionis vestes. Nam alio-" quin, quid ille Christus est, quid illa fides est exaltata, qua-" si solidum esset fundamentum, cùm tamen dictum sit: " quando Christus veniet eum nullam fidem inventurum? " creditisne verò ipsum nullam fidem secundum homines in-" venturum? Ah! procul dubio talis fidei nulla est penu " ria; qua quippe Christianus orbis exundat. Unusquisque" credit, diabolus ipse credit. At verò eane fides illa est" quam Christus per Spiritum dicit se non inventurum? " Minimè gentium. Sed illam fidem dicit, quæ efficax ad" bona opera producenda; quæ ipsamet ptopria sua virtute" res omnes operatur, quas Deus requirit. Hic igitur ille est" Christus, qui hodiè regnat, fides illa mortua. Hæc ea" est litera, quæ populos interemit. Hic est sapientiæ mun-" di textus, quo super cordis sui disseminat deliramenta; " quem ego prorsus eversum venio, & ejus textum, & ejus" doctrinam & omnem ejus Philosophiam per oris mei spi-" ritum, inquit verus ipse Christus, lapis instaurationis Israe-" lis. Revera certum est super terra regnum conferri in ipsum" JEsum, Christum Mariæ filium; cùm is ille non sit qui re-" gnare debet; sed enim regnare debeat Dei Filius, unigeni-" tus Dei Filius, spiritus ipsius faciei. Nam ille quidem si" regnare debuisset, Davidis thronum alteri nunquam reli-" quisset. At verò non ille quidem regnare debet; sed filius" Dei unigenitus, Christus cœlestis, Christus æternus. Qua-" propter & dictum est æternum fore ejus regnum, ejusque" dominationis nullum fore finem. „

Venit

„Venit Christus ut in Israele lapis esset offensionis. Sed „& lapidem offensionis, lapidem prolapsionis cruci suffixit. „Literam ipsam cruci suffixit. Quid verò meus occœpit „populus, inquit Dominus? ipsum ad vitam revocat. La„pidem illum offensionis, literam illam, quæ interimit, ad „vitam revocat; nec ullo modo Christum qui fit in instaura„tionem, quærit. Hic ipsius non est Christus. Ipsum non „expectat, de ipso mentionem non patitur fieri; sed utique „de Christo in offensionem, in hominis forma. Ecce ejus „Christum; alium super terris nolunt, cùm tamen is ille sit „Christus qui regnaturus non est, sed utique Christus æter„nus: Cùm tamen ipsa caro, litera, signum, figura, la„pis offensionis regnare non debeat; sed utique lapis ille sine „manibus è monte sancto resectus, qui omnes terrarum „dominationes prorsus contriturus est, & sedem suam ipso „super ædificio positurus, ut in eo sit præcipuus angularis „lapis ad regnandum in totam ipsam domum, & nationes „omnes virtutis roborisque sui sub sceptro regendas.

„Hæc qui legit verba, is ea intelligat, & Dominum „timeat, regnum cœlorum quærens, Christum illum quæ„rens, qui de cœlis debet descendere, cœlestium exercituum „stipatus corona, ut populum suum suo subjiciat imperio, „& omnes gloriæ suæ Adversarios & ipsius regnum respuen„tes deleat. Ipse ad suum populum sanctificationem feret, „eumque populum novum reddet, novi sub ductu Pa„storis, veritatis nempe spiritu.„ En integræ alicujus revelationis specimen. Lector nunc ipse judicet. Ego nihil ampliùs addo, quàm errorem, scripturæ detorsionem, blasphemiam hîc certare invicem. Ex quibus adeo, quo spiritu illi acti fuerint, intelligi potest. Si necessitas vel usus aliquando flagitet ut πρωτα ψευδη, falsæ hypotheses errorumque nexus

nexus & systema, quæ in nostris auctoribus deprehenduntur, distinctè ob oculos ponantur, fieri hoc ipsum facilè potest. Interim ego quidem liberè profiteor me illorum spiritum tanquam mendacem, erroneum & blasphemum summopere detestari. Patet quoque, quid de suscitato per ipsos in nonnullis Germaniæ locis enthusiasmo judicandum sit, & quàm indignè hi auctores tanquam prophetico Spiritus S. dono instructi collaudentur.

§. XXXII.

De agitationibus corporis in inspiratis agitur.

Solet etiam in hac de hodiernis inspirationibus immediatis materia de insolitis illis agitationibus vehementibusque concussionibus corporis agi. Non in omnibus æquales, in aliis remissiores, in aliis vehementiores esse perhibentur; tales tamen plerumque, quæ in variis corporis partibus cum vehementia & statûs corporis naturalis mutatione sese exerunt. Multa de illis extant im heiligen Schauplatz der Landschafft Cevennes p. 23. 30. 34. 36. 47. 49. 56. 66. 86. 88. 102. 110. 163. 193. Ubi quales fuerint, legi potest. Sed & alii ex hodiernis scriptoribus, qui de immediatis inspirationibus agunt, earum satis meminerunt. Mihi sic videtur (1) apud gentilium Vates vehementes corporis concussiones atque subactiones olim fuisse. Virgil. lib. 6. Æneid. *ventum erat ad limen* - - - & in seqq. *At Phœbi nondum patiens* &c. Huc pertinent, qui בעלי אוב, εγγαστριμυθοι, γερομαντεις dicti fuerunt, de quibus *Knibbe in histor. Proph. lib. IV.* c. 10. conf. *Burm. in Synopf. Theol.* l. III. c. V. §. 16. atque Patrum etiam in hac re testimonia hinc inde citata occurrunt. An verò diabolus tales commotiones in suis vatibus ad agitationum in veris Prophetis similitudinem imitatus fuerit, uti quidam volunt, an verò ex aliis causis derivandæ sint, in quæstione adhuc est. (2) In Prophetis fuisse multa extraordi-

naria. Illos interdum timore & horrore fuisse perculsos Job IV, 12 -- 16. XXXIII, 15, 16. Esa. VI, 5. Dan. VII, 15. VIII, 17. incidisse in deliquium animi v. 18. & languorem v. 27. X, 7 -- 10. legimus. Sed ex horrore, ecstasi, deliquio animi, quæ tamen etiam semper adfuisse nullibi dicitur, tales agitationes, quales in *celerrima capitis antrorsum & retrorsum commotione, dilatatione pectoris, intumescentia stomachi, vibratione pulmonum, manuum pedumque concussione involuntaria* &c. sese exerunt, probari nondum possunt (3) loca quædam Prophetica, quæ de agitationibus corporis aut vehementiori quodam sensu in aliqua corporis parte loquuntur, commodè posse metaphorico sensu accipi, illumque sensum improprium ex aliis scripturæ locis illustrari conf. Ps. XXVIII. Ps. XLII, 11. LXXIII, 21, 22. Saltem (4) argumentum apodicticum in hac materia vel pro vel contra ex solis agitationibus desumi non posse; saltem non in genere: nam in specialibus quibusdam casibus, speciales posse accedere circumstantias, quæ momentum aliquod in judicio afferant, negare nolumus.

§. XXXIII.

Explicatur Marc. III, 20, 21.

Unicum tantùm locum, qui in hac de corporis agitationibus materia etiam citari solet, in medium proferimus, de quo, quia difficilis admodum est, quid mihi probabilius videatur, adjiciam. Nempe ad probandum hasce agitationes ipsius quoque Christi exemplum affertur Marc. III, 20, 21. *acsi Christus extra se in ecstasi in vehementibus ejusmodi agitationibus fuerit constitutus, ut propinqui ipsius ipsum prehendere voluerint.* Ad quæ notamus (1) Judæos Mosen ratione agitationum prophetarum, quas alias in Prophetis fuisse existimant, ex reliquorum Prophetarum

rum ordine eximere. Maimon. de fundam. leg. c. 7. כל הנביאים יראים ונבהלים ומתמוגג ומשה רבינו אינו כן הוא וגו Si igitur Moſes familiari cum DEO commercio extra terrores & concuſſiones corporis uſus eſt, annon magis Chriſtus, Filius Dei unigenitus, in quo humana natura cum divina in unitate hypoſtaſeos unita eſt? (2) rationes etiam harum agitationum, quæ ſubinde dari ſolent v. gr. eas eſſe ad præparationem inſtrumentorum Spiritûs, ad conſervationem eorum in humilitate, aut ne ſenſuum & phantaſiæ operationes divinis ſeſe immiſceant revelationibus, in Chriſto locum non habere; nam & illius auris ad Patris excipiendum mandata ſemper aperta Eſa. L, 4. & ipſe humilis corde Matth XI, 29. erat, nec talis in ipſo perturbatio, quâ divinæ revelationis & phantaſiæ operationum confuſio fieret, locum habere poterat. Im heiligen Schauplatz &c. vehementiorum commotionum ratio aliquoties ex eo etiam redditur, quòd propter peccata ſua ita exagitati fuerint, quod à Chriſto alienum quoque eſt. (3) Locum hunc eſſe difficillimum, qui interpretum ingenia torſit, conf. *Cloppenb. collat. crit. ſacr.* adeoque ex loco obſcuro nihil poſſe probari (4) vocem εξεση referendam eſſe ad populum ex collatione loci paralleli Matth. XII, 23 24. και εξισαντο παντες οι οχλοι και ελεγον, μητι ουτος ο υιος Δαβιδ; οι δε Φαρισαιοι ακουσαντες ειπον, ουτος ουκ εκβαλλει τα δαιμονια ει μη εν τω βεελζεβουλ αρχοντι των δαιμονιων. Jungit Matthæus *ſtuporem populi* cum *judicio Phariſæorum de Chriſto*, adeoque etiam hîc apud Marcum ſtupor ſeu ecſtaſis cum judicio Phariſæorum de Chriſto ſtatim connexa, de *ecſtaſi populi* intelligi debet; adeoque (5) hunc ſenſum eſſe poſſe, Diſcipuli ingrediuntur domum ad comedendum

panem v. 20, congregatur iterum populus, adeoque Christus manet apud eum ante domum, ut eum iterum doceret, nam Christus non tam appetebat cibum corporis, quàm hic potiùs ejus cibus erat, ut voluntatem faceret ejus, qui miserat ipsum. Non enim legitur Christus domum fuisse ingressus. Moras nectente Christo apud populum, discipulisque esurientibus, qui hujus zeli magnitudinem, quo Christus populi salutem esuriebat, non satis intelligebant, exeunt ipsi ad JEsum secum deducendum in domum, ut se cum ipsis cibo reficeret. Hoc Marcus dicit v. 21. και ακουσαντες (nempe quod populus iterum congregaretur) οι παρ αυτου (discipuli) εξηλθον (e domo) κρατησαι αυτον (ut manu prehenderent JEsum eumque in domum ad cibum capiendum deducerent, retinerentque eum, ne amplius nunc quidem se populo immisceret). Pro ratione autem, quod eum vellent in domum deducere atque in hunc finem eum apprehenderent, allegant, quòd obstupuisset scil. populus, ελεγον γαρ οτι εξεστη, nempe αυτῳ, scil. οχλος. Nam vocem κρατειν non opus est pro violenta aliqua prehensione accipere, aliter enim sumitur Matth. IX, 25. Marc. IX, 27. Act. III, 11. Sic præscinduntur variæ difficultates, quæ hîc interpretibus crucem fixerunt, nempe, quomodo illud εξεστη Christo applicari possit; Lutherus reddidit. Er wird von Sinnen kommen / quod de Christo dicere durum valde est; porro quinam sint illi παρ αυτου, & quo erga Christum affectu fuerint, an ex præcipitantia & inconsiderantia, an ex amore vel invidia voluerint Christum prehendere, & an illud ελεγον γαρ ad populum vel ad discipulos referri debeat. Hæ omnes difficultates nos non feriunt, quando dicimus discipulos, qui antè ingressi fuerant domum, fortè ut mensam instruerent, nunc exisse, ut Christum apprehenderent atque secum in domum

mum deducerent ad cibum, qui nunc paratus esse poterat, capiendum.

§. XXXIV.

Tria adhuc ad elucidationem quæri possent; nempe (1) quomodo illa cohæreant? volebant Christum apprehendere & in domum deducere, nam dicebant; obstupuit (populus). Quidni verò illa nexum habere possent? volunt discipuli dicere, populum nunc satis audivisse & vidisse, adeo ut in stuporem fuerint redacti, adeoque non esse præadmiratione & stupore satis capaces, qui alia adhuc audirent, sed nunc Christum sibi quietem indulgere & se cibo reficere posse; populo etiam intermissionem dandam esse, ut ea quæ audiverant, in silentio ruminarent: nam & Christus in ingressu in Capernaum miraculum fecerat Luc. VII, 1-- & alia insuper Matth. XII, 22. & in præsens, quando extra domum manserat, eos etiam docuerat iterum. (2) Anne ergo hîc pronomen αυτ῾ subintelligi & ad remotius subjectum οχλ῾ referri, adeoque bis acceptum, semel expressè positum, semel subintellectum ad diversum subjectum referri possit? Ad quod R. Hoc insolitum non esse in N. T. Matth. VI, 2, οταν ουν ποιης ελεημοσυνην, μη σαλπισης εμπροσθεν σου, ωσπερ οι υποκριται ποιουσιν εν ταις ρυμαις, οπως δοξασθωσιν υπο των ανθρωπων αμην λεγω υμιν, απεχουσι τον μισθον αυτων. Hîc ante απεχουσι subintelligitur αυτοι, atque illud refertur, non ad subjectum proximum ανθρωποι, sed ad remotius υποκριται. Et in hoc ipso Cap. III. Marc. v. 5 & 6. pronomen αυτ῾ refertur in eodem sermone ad diversa subjecta, nempe η χειρ αυτου refertur ad illum, cujus manus erat arefacta, & v. 6. συμβουλιον εποιουν κατ αυτου, οπως αυτον απολεσωσι pertinet ad Christum. Denique (3) objici potest ex v. 22. patere quòd v. 21. ad Chri-

Exceptionibus quibusdam contra datam explicationem Marc. III, 20. 21. occurritur.

ſtum pertineat, nam v. 22. contineri judicium ſcribarum de Chriſto, dicentium, *habet Beelzebulem* &c. adeoque v. 21. debere *contineri judicium diſcipulorum de Chriſto, qui dicebant*, εξεση. Sed notandum eſt, ſcribas non propter inſolitas & vehementes corporis agitationes adſcripſiſſe Chriſto, quòd habeat Beelzebulem; atque antitheſis hîc debet conſtitui inter *judicium ſcribarum & populi*, uti clarè patet ex Matth. XII, 23. 24. non verò inter judicium ſcribarum & diſcipulorum ſeu eorum, qui erant παρ αυτω (Ιησ) Quæ ergo Matth. XII, 22, 23. explicatiùs dixit, και εξιϛαντο παντες οι οχλοι, και ελεγον. Μητι ϐτ@ εϛιν ο υι@ Δαβιδ; οι δε Φαρισαιοι ακϐσαντες &c. hæc Marcus conciſiùs proponit, ex ore diſcipulorum referens ſtuporem populi ſuper Chriſti doctrina & operibus, *in quo ſtupore populi cùm contineatur exiſtimatio, quam habebat de Chriſto*, optimè Marcus ſtatim poterat addere judicium contrarium, quod ſcribæ de Chriſto ferebant.

§. XXXV.

Agitur de modo, quo inſpirati ſua eloquia proferunt.

Circa modum etiam, quo inſpirati ſua eloquia proferre dicuntur, dubium alicui hærere poſſet. Nempe *verba in ipſorum ore citra eorum voluntatem formari; ipſos, qui in ecſtaſi & inter agitationes loquuntur, ſeſe paſſivè habere, eorum quæ inter agitationes ſpiritûs dixerint, parum vel nihil recordari poſſe.* An ſemper & apud omnes ita fiat, dicere non poſſumus. Saltem im heiligen Schauplatz &c. hujuſmodi teſtimonia ſunt frequentiſſima p. 30. 34. 39. 46. 96. 177. 184. 196. 202. 211. 226. 236. Jam quidem (1) apud gentilium vates fuiſſe talem ecſtaſin & mentis abalienationem in loquendo legimus. Pertinent eò etiam verba Chryſoſtomi; ωσπερει χρησμωδοι και οι θεομαντεις λεγϐσι μεν πολλα, ισασι δε ϐδεν ων λεγϐσι. Conf. *Knibb. in hiſtor. proph.*

proph. lib. IV. c. X. Judæi etiam quidam talem mentis excessum & alienationem in veris Prophetis fuisse docent. Ita Vorstius in not. ad Maim. de fund. leg. p. m. 103. inquit: *Terrori huic etiam mentis alienationem fuisse conjunctam existimat Kimchi 4. Reg. IV. secutus Josephum, atque hinc vates dictos esse* משגעים, *quòd plerumque non sui compotes atque extra se rapti essent, cùm à spiritu Dei tangerentur. Sed jam ab aliis animadversum est istam agendi rationem minimè convenire genio spiritûs prophetiæ, ejusque ordinariæ revelandi actioni, sed potiùs impuro spiritui, gentilium vatibus subinde oracula aperienti.* Josephi locus, ad quem Vorstius respicit, fortè est Antiq. Jud. lib. VI. p. 193. Ubi de Saule ait; *Jamque non longè ab eo remotus (Saulus) priusquam in conspectum Samuelis veniret, ejus opera & ipse Prophetam agere incepit. Cumque ad destinatum locum perveniisset, alienatus à mente* (υπο πολλω πνευματ@ ελαυνομεν@ εκφρων γινεται) *abjectoque vestitu nudus per diem ac noctem in conspectu Davidis & Prophetæ jacuit.* Sed an & quousque Judæorum testimonia hîc fidem mereantur, merito dubitare licet. Hoc (2) ex scriptura constat, Prophetas incidisse in ecstasin aliquando, sed non semper, atque tum quidem externorum sensuum usus cessâsse planè tantisper videtur. Intellectus verò non planè fuit alienatus, acsi nesciissent, quid in se ageretur, verùm intellectus potiùs per abstractionem à sensibus externisque objectis magis idoneus erat ad divinas impressiones percipiendum. Maim. inquit ותשאר הרעת פנויה *intellectus manet expeditus.* Sed (3) nullum mihi, quantum memini, in scripturis occurrit exemplum alicujus, qui in ecstasi ad populum locutus fuerit; sed quæ in ecstasi videbant & audiebant, ea deinceps sensibus bene compositis ac integro rationis usu ad populum retulisse viden-

videntur : Sic etiam *verba citra eorum voluntatem ab ipsis tanquam instrumentis merè passivis per linguæ ipsorum à superiori quadam virtute externam directionem formata esse* ostendi nequit. Si ullum, Saulis quidem exemplum speciem habet, quanquam tamen rem non conficit. Contrarium potiùs concludas ex Jer. XX, 9. ex quo sequitur Jeremiam scientem volentemque in nomine Dei locutum fuisse; & quando ad discipulos dictum fuerat Matth. X, 19, 20. *Sed cùm tradent vos --- Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri is est, qui loquitur in vobis*; hoc tamen ita apud Luc. XXI, 14, 15. explicatur. *Ego vobis dabo στομα και σοφιαν* &c. Christus ergo Apostolis parrhesiam & sapientiam dedit, ut integro rationis usu omnia sapienter intelligerent & intrepidè loquerentur. Sic & ex 1. Cor. XIV, 27--32. loquendi tacendique facultatem in illorum, qui extraordinaria in primitiva Ecclesia dona acceperant, potestate fuisse sequi videtur. Hactenus ergo Prophetas in ecstasi & mentis abalienatione locutos esse mihi compertum non est. Apud Cyprianum tamen locus est Epist. 16. ad Pamel. num. 10. qui in considerationem venire possit, quando ait: *Castigare itaque nos divina censura nec noctibus desinit, nec diebus: præter nocturnas enim visiones per dies quoque impletur apud nos spiritu sancto puerorum innocens ætas, quæ in ecstasi videt oculis & audit & loquitur ea, quibus nos Dominus monere & instruere dignatur.* Conf. *Rigaltium* in notis. Agnoscimus tamen vias Domini profundas esse, nec nos Deum ad certum, quo agere debeat, modum adstringere posse. Quare quid in hisce ἀποδειξεως sit vel non sit, lectori judicium permittimus.

§. XXXVI.

Concluditur per Marionem

Hactenus itaque ex duobus præcipuè argumentis, nempe

nempe *vaticiniis non impletis & dogmatis verbo Dei apertè contrariis* solidè evicimus Gallos ex tractu Cemmenio egressos, qui in Anglia immediata Spiritûs dona jactarunt, aliosque ibidem in ipsorum partes pertractos pro falsis Prophetis, deceptis aut deceptoribus habendos esse; inter alios verò inprimis *Elias Marion* & *Johannes Allutus*, quali Spiritu acti fuerint, in suis, quas putant, revelationibus abundè notum fecerunt, quod ex allatis suprà doctrinæ ipsorum specimínibus probatum dedimus. Cùm verò illi duplici itinere varia Germaniæ loca permeaverint, in quibusdam etiam per plures septimanas substiterint, congregationes habuerint, coram aliis & sæpè iis, qui veritatis antiquæ pertæsi ad res novas circumspicerent, inter agitationes illas violentas locuti fuerint, familiariter cum nonnullis tanquam fratribus conversati fuerint, Spiritus sui semina sparsisse, (quemadmodum Berolini & Halæ Magdeburgicæ, ne alia loca commemorem, factum esse constat,) tam clarum est, ut à nemine negari possit, atque aus dem Alarm-Geschrey &c. & *delineatione justitiæ divinæ* &c. conf. §. II. huj. cap., cognosci potest. Faciliorem verò apud eos, qui ab Ecclesia externa secessionem fecerant, ingressum ipsos speraſſe cognosci potest aus dem Alarm-Geschrey rev. LII. p. 79. Kehret bey Freunden ein. Entfernet euch von offenbahren Oertern; dann mein Wille ist/ daß ihr demüthig/ unterthänig seyd. Erzeiget keine Zaghafftigkeit/ noch Furcht für den Menschen der Erden. Redet getrost. Der HErr wird euch wissen zu retten und zu unterrichten/ zu seiner Zeit und an seinem Ort. Mein Wille ist/ daß ihr in absonderlichen Oertern seyd/ daß ihr umgehet mit meinen Freunden/ meinen Getreuen/ meinen Lehrjüngern/ die begierig sind meinen Willen zu lernen.

& Allutum sparsum esse in Germania enthusiasmum, eumq; qui ex hoc fonte ortus est, probari non posse.

Forschet fleißig nach denen / die den HErrn suchen. Ich habe euch nicht gesand müßig zu seyn / noch um die Furcht / die menschliche Weißheit anzuziehen / dann ich hab sie mit Füssen getretten. Ich will mit dem Volck nach meinem Hertzen reden. Und sie werden meine Stimme hören / dann sie folgen mir. Sie sind meine Freunde / wiewol in einer andern Schule. Ich rede mit euch von dem Volck / das man Pietisten heißt. Sie sind mein Volck. Das wäre mein Wille / sagt der Botte des HErrn / daß der HErr der Herrscher ein Volck hätte so zugerichtet / gleichwie das Hertz etlicher unter ihnen ist. Füget euch zu ihnen / ohne Furcht / von Hertzen und aus Liebe / sie sind meine Kinder / sagt der HErr. ‴

Quæ spes ipsos etiam non fefellit. Insuper verò etiam patet eos, qui ex horum magistrorum Schola prodierunt atque per eorum exemplum & libros immediatè vel mediatè excitati fuerunt, itemque qui hos auctores eorumque libros approbant, defendunt, paria cum iis faciunt, eorum agitationes & eloquia pro divinis habent, pro inspiratis à Spiritu S. haberi non posse. Quomodo enim illos, qui sacrâ scripturâ judice, spiritu falsitatis acti fuerunt, Spiritûs S. dona extraordinaria in alios transfundere potuisse, aut Deum illorum operâ eadem aliis communicare voluisse, credere possumus? Aut quomodo illi, qui falsa eloquia approbant & tanquam à Deo profecta habent, pro actis extraordinario & infallibili Spiritûs S. instinctu haberi possunt? Hinc plura jam dies in apricum produxit exempla, in quibus novarum inspirationum falsitas apertè conspici potest. Eò pertinet exemplum *Bolich*: sartoris Berolinensis, quem aliosque postquam diabolus, inter miras & violentas corporis agitationes & actiones, aliquandiu, sacra profanis, vera falsis, scur-

scurrilia & obscœna speciosis miscendo, luserat, seque JEsum mentitus divinos sibi honores deferri postulaverat, tandem cedere coactus in has voces iteratò erupit; O JEsu von Nazareth/ du bist herkommen uns zu quälen/ dieses schreyet der Teuffel. Historiam accuratè & secundum omnes circumstantias, prout publicè coram Consessu Judiciali in Curia Berolinensi à Bolichio aliisque confirmata est, describit Rev. *Porstius* in Epist. Wohlgemeyntes Send-Schreiben an die Personen/ welche anjetzo zum Theil für Propheten wollen gehalten werden. &c. Atque simul ostendit hunc casum cum reliquorum inspiratorum causâ connexionem habere, nam & in illorum cœtu in hanc tentationem graviſſimam inciderat & à reliquis etiam inter has tentationes pro eximio Dei Propheta atque altero Mose habitus fuerat. Alii, licèt ab illo Spiritu agitati & per illum locuti fuerint, de rei divinitate tamen dubitaverunt. Alii aliis contradixerunt, atque plures jam falsos fuisse detectos Spiritus agnoscunt illi ipsi, qui aliâs extraordinariarum harum operationum defensionem susceperunt. In defensionis quoque modo sunt, quæ meritò in nonnullis desiderari possunt, partim circa doctrinam, partim circa eam agendi rationem, quâ Scripturam Sacram ad novas hypotheses inflectunt, partim denique circa modum, quo modestè etiam dissentientes (nec enim aliter possunt, qui convicti non sunt,) excipiunt. Quod enim doctrinam attinet, tacendum illud non est, hujusmodi quosdam proferre doctrinam, per quam ratio & liberum arbitrium extollitur, scriptura & gratia Dei deprimitur, religio communis fovetur, mysterium verò Christi pro nobis mortui & vera fide amplectendi evacuatur. Sed hi cardines sunt, super quibus religio Christiana vertitur, quos tolli; fundamenta, super quibus Ecclesia extructa

est, quæ subverti non patimur, quicquid etiam de *sectarum studio* adversarii clament, à quo nos alienos esse novimus. Fides & charitas, veritas & pietas junctim ire amant, nec altera ab altera divellenda, nec sub charitatis prætextu veritatis naufragium facere debemus. Quid ergo de hodierno enthusiasmo, prout ille ab aliquot annis serpsit atque *novam œconomiam* constituere debet, judicandum sit, ex superioribus obscurum esse nequit. Qualem enim *triplicem œconomiam*, *fœdus*, *seculum*, quorum ultimum sit seculum Spiritûs S., faciant Marion & Allutus, in superioribus detexi-mus. Idem verò ipsis hîc accidit quod Socinianis. Quemadmodum enim hi, œconomiam N. T. malè à se conceptam ut aliquo modo supra V. T. œconomiam extollerent, indignis modis hanc depresserunt; ita illi ut futurum Ecclesiæ statum altiùs extollerent eum, qui sub V. & N. T. hactenus fuit, peregrinis falsisque coloribus depingunt.

§. XXXVII.

Respondetur ad exceptionem; à particulari ad universale non valere consequentiam.

Sed contra hæc omnia opponi facilè potest; *à particulari ad universale non valere consequentiam*; & quanquam multi falsi orti sint Prophetæ nostro tempore, veros tamen etiam inter eos esse posse, atque probabile esse eo tempore, quo Deus extraordinaria in Ecclesiam dona reducere velit, multos etiam orituros Pseudo-Prophetas, ut faciliùs homines in securitate carnali confirmentur, ad quæ R. (1) magnum esse discrimen inter unum vel alterum aliquem singularem hominem, de quo anne pro Propheta habendus sit, quæritur, & integram aliquam Enthusiasmi sectam, quæ ex una regione in aliam se diffundit, atque spiritum facilè ab uno in alium transfert, facileque omnes, qui spiritum jactant, in gremio suo recipit, quæ duo maximè mihi distinguenda esse videntur. (2) me non negare, veros Prophetas

susci-

ſuſcitari à Deo poſſe, conf. ſuprà c. III. Et ne alia nunc idem ſententium proferam teſtimonia, unius magni Cocceji authoritate in Comment. in Epiſt. 1. ad Theſſal. §. 116. id confirmabo, ubi ita loquitur. *Sunt & Prophetiæ de rebus futuris, quæ audiuntur poſt canonem ſacrorum librorum completum.* Atque ſtatim prudentiſſimam, quomodo circa eas verſari debeamus, præſcribit regulam. *Quomodo*, inquit, *igitur circa has debemus eſſe animati & quanti ſunt eæ habendæ? Hic nobis ſunt animadvertendæ quædam regulæ, quæ etiam in V. Teſtamento in audiendis & æſtimandis Prophetiis habuerunt locum. 1. Nihil eſt recipiendum tanquam divinitus revelatum ad fidem, per quam juſtificemur, quod non in fundamento & lege Dei, quæ ad omnes pervenit & perfecta eſt, contineatur Gal. I, 8, 9. Jer. 31, 34. Deut. 4, 2: 12, 32. Prov. 30, 6. 2. Nova Prophetia debet nos excitare ad ſcrutandam veterem & certiorem Prophetiam I. Petr. I, 19. 3. Si nova Prophetia omnia aſpera infidelibus & impœnitentibus renunciet, agatur pœnitentia. Hoc enim fundatur in præcepto Chriſti. 4. Si boni quid pranunciet & tempus ſit illius boni expectandi ſecundum antecedentem Prophetiam, expectetur id bonum: ſi verò id antea promiſſum non ſit, patienter* εν αγαθοποια, *in bonis factis expectetur hora ejus, ſi fortè Deus id velit præſtare; nihil tamen temerè & præter officium propterea fiat. 5. Cogitetur, poſſe & tentari Eccleſiam per Prophetias Satanicas & poſſe vera falſis miſceri, ut ſimul indurentur hoſtes, quibus judicia parata ſunt, ſimul inexcuſabiles reddantur.* Quemadmodum verò à poſſe ad eſſe non valet conſequentia. Sic facilè patet nos hîc ſumma cautione verſari debere, atque neminem pro Propheta eſſe recipiendum, niſi evidentibus & convictivis argumentis ſe talem probet; aut ſaltem, ſi à priori nihil certi deter-

minari possit, eventum expectandum, nihil verò interim temere faciendum esse.

§. XXXVIII.

Amplius respondetur ad superiorem exceptionem eaque qua circa hodiernas inspirationes notanda sunt, proponuntur, atque argumenta quædam pro iis solvuntur.

Quod verò hodiernos inspiratorum motus concernit, procul dubio (3) solicitè videndum est, ne quâ externa specie, quæ ad omnem probabilitatem composita esse potest, abripiamur, non tantùm quoniam in genere plura habemus deceptionis exempla, sed & in specie in hac ipsa materia, de emendatione Ecclesiæ, atque futuro aliquo regno glorioso, quæ tantopere urgent, jam sæpius visum est multos Sanctum Israelis præcurrisse, atque ac si tanquam præcursores & præcones Eliæ spiritu induti essent, hoc regnum proximè instans denunciasse, quorum studia, eloquia atque agendi ratio sese deinceps manifestarunt, quòd ex Deo non fuerint. (4) Enthusiasmum hodiernum, prouti in Ecclesia lacertos movit, cupidisque alii eum brachiis amplexi fuerunt, probari non posse suprà ostendimus. Nec pro levi haberi debet, quòd hodiernarum inspirationum fautores, saltem quidam, ea, quæ in Anglia circa Emesium contigerunt, excusare, palliare soleant, quacunque modò fieri ratione posse putant, quæ ego non aliter quàm pro blasphemis habere possum. Atque Gallorum illorum libri, Alarm-Geschrey &c. *delineatio justitiæ divinæ* &c. *ubi devastaverits* &c. in quibus virus Socinianum erroresque religionem Christianam evertentes continentur, ab iis approbantur, laudantur & pro divinis habentur. Saltem nullum hactenus vidi, qui improbaverit; plura verò testimonia, in quibus probantur, atque tanquam divini commendantur, produci possunt, ex nuperis quibusdam de hac materia scriptis facilè repetenda, si opus sit. E multis pauca damus. In dem unpartheyischen Urtheil von den heu-

heutigen so genannten *Inspirirten* p. 5. §. 5. in præfatione ita legimus. Weil ich dann in denen Schrifften der so genannten Inspirirten / und zwar in der Delineatione Justitiæ Divinæ und dem andern Buch / dessen Titul ist; Ubi devastaveritis, devastabimini; so viele Warheiten / die in den Propheten schon vorhin ausgesprochen seyn / finde / ob ich gleich einige Dinge darinnen nicht verstehe / und was in particulier von dem und dem gezeuget ist / an seinem Ort stehen lasse / als welches mir nicht ist vom HErrn eröffnet worden / so kan ich nicht anders sagen / als daß der HErr sie erwecket habe / und eben dardurch noch eine grössere Thür zu wichtigern Dingen eröffnen möchte ꝛc. Im Summarischen gründlichen Erweiß Sect. II. c. 3. pag. 74. proponuntur Galli inspirati, quorum libros examinavimus, tanquam qui ad provectiorem inspirationis gradum pervenerint oppositè ad eos, qui velut in limine adhuc consistant. Da er doch / wann er ja von einigen inspirirten Personen ideen hätte machen wollen / solches (a) nach indisputirlicher Warheit (b) vielmehr von den herumreisenden vier Sevennesern / als von selbst vorgegebenen Anfängern / und (c) ohne einen allgemeinen Grund- Satz vor alle Inspirirten zu machen oder sie darnach zu messen / hätte thun sollen. Im zweyten Summarischen gründlichen Erweiß p. 34. vocantur die vier gesegnete Frantzösische Werckzeuge / welche ihr Leben und alle zeitliche Vortheile nicht theuer geachtet haben gegen die überschwengliche Gnade JEsu Christi und dem Gehorsam des Glaubens. Im *Extract* aus einem Antworts-Schreiben p. 69. seqq. habentur. Das Gleichnüß ist zwar einfältig / (respicitur ad similitudinem immediatè præ-

præcedentem) es braucht aber nur ein geringes Nachdencken / so wird es sich überaus wohl zur Erkänntnüß der Prophetischen Erweckungen appliciren lassen / insonderheit was die gegenwärtige Oeconomie der Inspirirten anbelanget. Sie haben auff göttliche Regierung die Menschen / sonderlich die Europäer / erwecken sollen. Davon liegen ihre Schrifften / Frantzösisch / Engeländisch / Holländisch / Lateinisch und Hochteutsch / am Tage: Ihre Reisen nach Constantinopel / Rom / Wien und fast durch alle Provintzen Teutschlandes / sind kund gemacht worden: Ihre ausnehmende Bezeugungen in Bewegungen / Ein- und Aussprachen / auch andern Wunder-Dingen / kan niemand läugnen: Ihr Zweck gehet auff die Erkänntnüß und Vollbringung des Willens unsers GOttes. In den Erfahrungs-vollen Zeugnüssen. pag. 17. Als nun ferner die *Inspirations*-Geschichte von Cevennes samt dem Alarm-Geschrey zu lesen bekommen / so wurde noch mehr von dem Finger GOttes überzeuget / der dieser gedrückten Kirche mit einer ausserordentlichen Gabe zu Hulffe gekommen / da er sie selbsten gelehret / welches die Inspirations-Krafft an Kindern und Säuglingen gnug erwiesen. Quod magno iterum inspirationis causam, prout in Germania sese exeruit, præjudicio gravat multorumque nimis præcipitem, quibus ex causis nescio, impetum ad omnia, quæ sub novarum revelationum schemate proponuntur. absque sufficienti examine arripiendum ostendit. Denique (5) si de singulis in individuo sermo sit, atque unusquisque seorsim considerari debeat, quemadmodum in judicio uniuscujusque causa sigillatim examinari solet, fateor me de omnibus & singulis in particulari judicare non posse, utpote mihi ignotis;

de

de occultis enim, ut in proverbio est, non judicat Ecclesia, adeoque nec de ignotis. Nec id etiam necesse est. Id verò liberè profiteor ea omnia, quæ hactenus de nova inspiratione legi, mihi quidem ad conscientiam sese non demonstrasse, ut ab animo meo assensum impetraverint. Si veritates proponantur, hoc θεοπνευστιαν nondum arguit. Quanquam si omnia ad vivum resecanda essent, multa quoque in illis, quæ typis excusa inter nos prostant, eloquiis notanda essent. Si inspiratorum sermones in aliis, qui audiverunt, fructus pœnitentiæ, fidei, charitatis produxerint, veritati ipsi, quæ proposita fuit, & in audientibus operanti divinæ gratiæ adscribendum est, in proponentibus verò immediatæ inspirationis donum non evincit. Nec denique illi motus corporis, qui spectatores in admirationem, imò stuporem rapiunt, adeo supra naturam esse videntur, ut non à naturali dispositione, phantasiæ operatione atque successiva naturæ ad illas impressiones faciendas, parandas formatione esse queant. Vel unum illud argumentum sufficit, *quòd a pluribus hosce motus ad aliorum imitationem effictos fuisse negari non possit.* Et si vel in quibusdam tale quid observaretur, cujus ex naturalibus causis ratio reddi non posset, plura alia hujus generis in natura dari, per experientiam constat. Quæ denique alii de *proprio suo sensu atque experientia*, ut putant, certissima in hac inspirationum, agitationum & eloquiorum materia testantur, alios convincere non possunt. Propria enim experientia intra unumquemque subsistit. Nec alius quis per eam certus reddi potest. Hoc enim esset in re gravissima alienis, non propriis cernere oculis. Argumenta talia esse debent, quorum in medium prolatorum vis atque efficacia ab unoquoque animadverti potest.

§. XXXIX.

Notantur quædam ex libro, Geschrey zur Mitternacht.

Multorum manibus teritur liber sub titulo; **Geschrey zur Mitternacht** / qui tanquam *testimonium veræ inspirationis* luci expositus est atque à quibusdam pro tali recipitur. Quanquam verò de eorum, quæ in eo verè, patheticè & salubriter dicta sunt, pretio nihil diminutum velimus, eaque quæ ex sacra scriptura hausta sunt atque cum ea conveniunt, lubentissimè & humiliter recipiamus, quò minùs tamen hujus libri eloquia ex *immediata Spiritûs S. inspiratione* profecta esse credere possim, plura mihi obstant. Illud quidem in anteccessum observamus, in hòc libro *conversionis tempus* hujus vitæ periodo includi pag. 62. **Diejenigen aber / die meinen Gnaden-Zug in dieser Gnaden-Zeit vorbey lassen streichen / und nach ihres Hertzens Gutdüncken dahin wandeln / dieselbigen haben / wann erst die Gnaden-Zeit vorbey gestrichen / und ihnen ihr Lebens-Faden abgeschnitten ist / keine Gnade noch Barmhertzigkeit mehr zu hoffen** &c. & p. 64. dicitur de loco cruciatus, **wo Heulen und Zähnklappen ohne Ende seyn wird** p. 66. **geschicht es nicht in dieser Zeit / (nempe ut homo se convertat) so kan es hernacher in die Ewigkeit nicht geschehen**; quod p. 73. adhuc fortiùs adstringitur, **in alle Ewigkeit** / quæ, quomodo, qui τὴν ἀποκατάστασιν τῶν πάντων, quam vocant, ex revelatione sibi constare dicunt, cum sua revelatione conciliare velint, ipsi viderint. Quæ verò **aus dem Geschrey zur Mitternacht** notavimus, quæque ab immediata Spiritûs Sanct. inspiratione profecta esse persuadere nobis non possumus, sequentia sunt. Observamus (1) loquendi modos quosdam paulò duriores & scripturæ insuetos rebusque ipsis non conformes. Ita (a) Deus introducitur conquerens de hominibus, quòd *sui misereri* nolint. **Muß**

ich

ich (sermo est de Deo) nicht klagen über den Zustand derer / die meine Kinder seyn wollen / und doch so gar keine Liebe zu mir haben / daß sie sich über mich erbarmen möchten / und ihre Hertzen ausläreten / damit ich meine Liebe / die mich so gar sehr in meinem Hertzen drücket / weilen es so gar sehr darmit angefüllet ist / könte hinein giessen. Similia habentur p. 144. O wann ihr doch nur wüstet /// Deus in scriptura hominis, non verò homo Dei misereri dicitur. Misericordia etiam miseriam in eo, cujus miseremur, præsupponit, qualis in Deum non cadit. (b) Deus dicitur circa peccatores flecti nescios omnia fecisse, quæ sibi factu possibilia fuerint, p. 74. Was soll ich doch nun weiters thun? Ich thue ja alles an ihnen / was nur meinem erbarmenden Vatter-Hertzen zu thun möglich ist. Eadem leguntur p. 269. Ein jeglicher wird seine eigene Schuld /// Deum quidem præcipere resipiscentiam, atque multis modis ad eam excitare, atque ita circa peccatorem versari, ut is sit planè inexcusabilis, si non resipiscat, credimus, at Deum fecisse circa peccatores ἀμετανοήτους aut facere omnia, quæ sibi possibilia sint, dici nequit. Apud Deum enim nihil est impossibile. Si vellet Deus, utique eos convertere posset. Liberum arbitrium non est independens. Deus, ubicunque vult, operatur & velle & perficere. Miseretur cujus vult; indurat, quem vult. (c) De Christo sequentes loquendi modi adhibentur, p. 214. Was hat dich doch wol bewogen / daß du so treuloß an mir bist worden /// p. 223. dannoch hat deine liebe Daube durch den Einfluß deiner Weißheit schon gelernet / wie sie dich mit List beschleichen soll. Columbæ non tribuitur astutia in verbo Dei, nec Christum nos astu capere possumus. p. 293. Und (Christus) wurde den

Sündern zu gut ein Sünder / und ließ sich für sie am Stamm des Creutzes schlachten ... sensus bonus, uti ex nexu satis percipitur, phrasis incommoda. Christus missus esse in similitudine carnis peccatricis, αμαρτια, nullibi verò peccator factus esse dicitur. (d) p. 120, 121. dicuntur Spiritus hominum effluxisse ex Deo & cum ipso iterum commisceri. Gleichwie alle Wasser aus dem grossen Meer ... also sind alle edle Geistere der Menschen ein Ausfluß / spricht der Vatter der Liebe / aus mir / dem grossen unendlichen Liebes-Meer. Dieselbigen nun finden in keinem erschaffenen Dinge Ruhe / sondern ihre eintzige Ruhe ist in mir / dem grossen unerschaffenen Meer der reinen Liebe. Wann sie da wiederum hinein fliessen / so haben sie Ruhe / und werden wiederum mit mir / als dem unerschaffenen Geist aller guten Geister vermenget. Scriptura non ait spiritum hominis ex Deo effluere, sed ab ipso creari. Hi itaque similesque loquendi modi paulò duriores sunt & emollitione opus habent. Non nescio etiam quædam ad quorundam saltem emollitionem ex scriptura afferri posse, nec super eo cum alio contendam; illud tantùm dico me super illis hæsitâsse. (2) pag. 25. occurrit modus Biblia sacra, adhibitâ pollicis pressione, evolvendi. Kam er in die Inspiration --- Zum drittenmal formirte er ein Creutz mit den Daumen / schlug auff / und bekam die Creutzigung Christi unter den Daumen ... Mihi ille modus Biblia evolvendi non probatur, quo nec Christus nec Apostoli usi fuerunt, & qui nullibi præceptus est, conf. §. ult. *Sect.* I. (3) p. 127. asseritur ignis purgatorius post mortem. Wirst du mir aber nicht folgen ... und mich mit dir hernacher / wann die Uhr des Lebens wird ausgelauffen seyn / in eine mir und dir

dir unerträgliche Pein / in das Feuer der Läuterung nemlich stürtzen wirst. Duo tantùm animarum loca post mortem agnoscimus, cœlum & infernum. In cœlo non est ignis purgationis, quo torqueantur animæ & purificentur, sed satietas lætitiarum. In inferno animæ torquentur, sed non purgantur. Impœnitentes conjiciuntur in infernum. Qui verò resipuerint & crediderint, eorum animæ non in ignem purgationis conjiciuntur, sed in cœlum, sinum Abrahami, asportantur. Esa. LVII, 1, 2. Ps. XXXI, 6. Gen. XLIX, 18. Joh. III, 16-18. V, 24. Luc. XVI, 22. XXIII, 43. 2. Cor. V, 1. Phil. I, 23. coll. III, 13, 14. Apoc. XIV, 13. Purgantur fideles in hac vita per sanguinem Christi & Spiritum S, per verbum DEI & crucem. Quod restat impuritatis in articulo mortis, Deus per suam gratiam auferre potest & aufert etiam tanquam is qui incepit & perfieit bonum opus in ipsis, ut in morte perveniant ad quietem. (4) Verbum internum urgetur in creatione homini inditum eique fructus hominis novi adscribuntur. pag. 76. - - Und dardurch das dürre Erdreich der nach ihme hungerigen und durstigen Seelen solle befeuchtet und erquicket werden / daß der in ihnen verborgen-liegende Saamen seines reinen göttlichen Worts / welches er im Anfang der Erschöpffung in sie durch sich eingesprochen hat / solte hervor grünen / in die Höhe schiessen / blühen und viele Früchte tragen -- Gemina his habentur pag. 121, 130. Post lapsum in homine nihil reliquum est à creatione nisi scintillæ quædam imaginis divinæ in Ratione hominis, quæ quidem in conversione etiam exsufflantur iterum & accenduntur, sed fructus tamen novi hominis scriptura tribuit verbo Evangelii per fidem in corde radicato, non verò verbo interno in creatione indito.

Rom. I, 13 -- ubi Paulus optat *fructum* quoque aliquem habere inter Romanos, nempe per *prædicationem Evangelii*, quod vocat *potentiam Dei ad salutem*. 1. Cor. I, 4 - 6. ubi gratias DEO agit de Corinthiis, qui ditati erant in Christo, sed hæc omnia ab Evangelio derivat Apostolus, non ab aliquo verbo in creatione indito; *prout*, inquit, *testimonium Christi confirmatum fuit in vobis*. Ita Col I, 5, 6. *per sermonem veritatis, id est, Evangelii, quod pervenit ad vos, sicut & in totum mundum, & fructum profert, sicut apud vos quoque*; conf. 1. Thess. I, 5, 6. II, 13, 14. & parab. de semine verbi & quadruplici agro Luc. VIII. (5) Cum his cohæret, Regnum DEI non esse quærendum extra hominem, sed in intimis ejus penetralibus. p. 136. Meine Kinder / so spricht der Vatter der Liebe / wie lange wollet ihr mein Reich ausser euch suchen / da es doch nicht zu finden ist? Wie lange wollet ihr hin und her lauffen / um bey diesen oder jenen Creaturen Ruhe zu finden / die doch selbsten keine wahre Ruhe in sich haben / deren Leben eine stete Unruhe ist / und bey denselbigen den Weg zu meinem Reich forschen / die ihn doch selbst nicht wissen? Eò videntur hæc tendere, ab hominibus non esse petendam doctrinam de modo ingrediendi in Regnum DEI. Sed quidni? Cùm catechesis ex verbo DEI obtinuerit ab initio mundi & duratura sit usque ad ejus finem. Confirmantur priora in seqq. Suchet ja mein Reich nicht länger ausser euch / sondern kehret zu euch selbst in den innersten Grund euerer Seelen; daselbst werdet ihr solches finden / da werdet ihr mich auff meinem herrlichen und prächtigen Thron sitzen finden; da leget euch nur zu meinen allerheiligsten Füssen in wahrer Demuth und Zerknirschung eures Hertzens nieder / so will ich selbsten euer

euer Lehrer seyn / und euch den unbetrüglichen Weg/ darauff ihr nicht irren könnet / zeigen. Wisset ihr nicht / wie ich euch in meinem schon geoffenbahrten Wort gezeiget habe / daß mein Reich inwendig in euch sey/ und daß euere Hertzen / ja euere Geister / Seelen und Leiber / meine Tempel und Wohnungen seyen / darinnen ich wohnen und wandeln wolle? Agitur de regno Dei in homine, quod in corde erigendum esse nemo negat. Sed quando dicitur; Suchet ja mein Reich nicht länger ausser euch / sondern kehret zu euch selbst in den innersten Grund euerer Seelen / daselbst werdet ihr solches finden; vel agitur de conversis vel de inconversis. Si de conversis sermo sit, utique regnum Dei in illis est, sed per *auditum verbi externi in corde recepti*. Si de inconversis, quomodo in illis regnum DEI sit atque in interiori fundo animæ illud quærere possint & invenire, non video. Facultates intellectus, voluntatis, conscientiæ, in quibus erigendum est regnum Dei, in homine sunt; principia etiam quædam veritatis, quæ in erectione Regni Dei in homine iterum excitantur, sed illa fundamenta veritatis, super quibus regnum DEI in homine post peccatum erigendum est, in interiori hominis fundo quærenda esse negamus. Regnum DEI excitatur in homine per *fidem*; fides nititur *verbo Evangelii*, quod externè nobis revelatur, & quod est *verbum regni, sceptrum regni Christi*. Et quando Christus ait Luc. XVII, 21. ιδȣ γαρ η βασιλεια τȣ θεȣ εντος υμων εςιν; *ecce enim, regnum Dei intra vos est*; nihil aliud vult, quàm regnum Dei inter ipsos esse, in ipsorum medio, in gente ipsorum prædicari, erigi, etsi Pharisæi illud non animadverterent, conf. Matth. XII, 27, 28; ubi Christus ad Pharisæos dicit; filii vestri (οι υιοι υμων) id est, gentis vestræ. Nempe quæsi-

verant

verant Pharisæi, *quandonam venturum esset regnum Dei?* Luc. XVII, 20. adeoque non cognoscebant regnum illud DEI in Messia jam venisse; quoniam verò ex præjudicio hoc erat, quòd non observarent regnum DEI, Christus primò præjudicium illud tollit, inquiens; *non venit regnum Dei* μετα παρατηρησεως. Et cùm Pharisæi videantur sibi persuasisse regnum DEI ante omnia in splendore externo Hierosolymæ revelandum fore, addit Christus, *neque dicent; ecce hîc aut ecce illic*; atque tum ait. *Ecce enim, regnum Dei est inter vos*, relatè ad quæstionem, *quandonam venturum esset regnum Dei?* quo ipso adeo Christus declarat regnum DEI venisse & in medio eorum versari. Certèenim in Pharisæis, qui hostes Christi existebant, non erat regnum Dei, sed peccati, diaboli. Aut ostendatur ex scriptura, quòd regnum DEI dicatur esse in irregenitis & incredulis. Ettamen super hoc fundamento, Christi regnum hominem in se ipso quærere debere, author hujus revelationis in seqq. acriter invehitur in cultum DEI externum publicum p. 137. Warum suchet ihr dann noch lange mein Reich ausser euch selbsten / und lauffet also in der Irre / wie verirrete und betrogene Schaafe herum? Wo habe ich doch wol befohlen / daß man mir solte grosse und prächtige Tempel bauen / und mich darinnen suchen und verehren? ‴ ad quæ breviter respondemus, abusum improbandum, usum verò retinendum esse. (6) p. 180. extolluntur vires liberi arbitrii; Beydes ist dem freyen Willen des Menschen fürgelegt ‴ quod fusiùs jam factum erat p. 177, 178. Als nun die Zeit der Erlösung seiner Geliebten herbey kam ‴ verba prolixiora sunt, quàm ut ea hîc referri possint; quæ verò ibidem habentur, talia sunt, ut quamdiu doctrina de JEsu Christi sponsione, substitutione in locum electorum,

efficaci

efficaci redemptione & contritione capitis serpentis, Christi intercessione, gratia vorticordia, regeneratione, sanctificatione & conservatione in gratia invicta consistit, (stabit autem semper super fundamentis suis ex verbo DEI certissimo desumptis) admitti nullo modo possint. (8) perseverantiam sanctorum evertunt, quæ leguntur p. 183. Dann ich weiß gar wohl / daß es dir die grösseste Freude ist ꝛc. (9) quid sibi verba velint p. 235. Ihr werdet / wie ich euch schon durch meinen Geist der Weisheit habe verkündigen lassen / für Reue und Angst des Geistes seufftzen und sagen ꝛc. anne *liber sapientiæ*, ex cujus cap. V. verba citata deprompta sunt, proscripto ex immediata Spiritûs S. inspiratione habeatur, nescio. Denique (10) locus notabilis est p. 135, 136, 137. Wann ich aber fein arm / elend / schwach / matt und kranck bin; so kan er seine Liebe desto herrlicher und völliger an mir erweisen. Dann kommt er her und stärcket mich / als der ich öffters zu ihm matt und kranck komme / mit einem überaus-herrlichen Tranck / genannt die reine unbefleckte Liebe GOttes. So bald ich diesen Tranck zu mir nehme / und denselbigen genieſſe / so werde ich sogleich gestärcket und so herrlich erquicket / daß ich darüber voller Freude werde / und gar anfange als ein Trunckener zu taumeln. Hernach führet er mich in seine überaus-herrliche und kostbare Kleider-Kammer / und schencket mir daraus die schönsten und herrlichsten Kleider. Vors erste begabet er mich mit den kostbaren Schuhen / genannt die wahre Demuth. Dann ziehet er mir ein überaus-herrlich und schönes Kleid an / genannt die wahre Gerechtigkeit JEsu Christi. Und über dieses Kleid umhänget er mich mit einem schönen Mantel / der sehr

kostbar und herrlich / genannt die reine Liebe GOttes. Diesen hat er mit schönen kostbaren Knöpffen besetzet / damit man denselbigen zu kan knöpffen: Diese Knöpffe heissen die unverfälschte und reine Liebe des Nächsten. Hernacher setzt er mir den schönen Haupt-Schmuck des wahren Glaubens und der unbetrüglichen Hoffnung auff mein Haupt. In diesem Schmuck nun gefalle ich ihm über die Massen/und keine andere Kleider mag er für seinen Augen leiden: Und wann sie auch den allerschönsten Schein hätten / so sind sie ihm doch ein Eckel und Verdruß in seinen Augen. Dann er mag seine Braut mit keinen andern Kleidern gekleidet wissen / als mit denjenigen / welche er selbsten ihr zubereitet / und welche er ihr alleine anthun und sie damit bekleiden will. In diesem Schmuck nun fasset er mich bey der rechten Hand/meiner ihm zugesagten Treue/ und führet mich in seine unaussprechlich-kostbare und herrliche Schatz-Kammer / und zeiget mir seine köstliche mit keiner Engels- vielweniger Menschen-Zungen auszusprechende Schätze / und spricht zu mir: So ferne ich ihm würde treulich aushalten in allen Versuchungs-Proben / darein er mich würde führen / und meine Kleider / die er mir angeleget / wohl bewahren / daß solche nicht an den Dornen / die da auff dem Wege / den ich zu gehen hätte / hangen bleiben und zerreissen / oder aber / daß ich mir solche nicht liesse von dem Feind beflecken / oder mich von ihm liesse gar derselben berauben: so wolle er mich dermaleinsten zu einem Fürsten über diese herrliche Schätze setzen / welche so herrlich und hellglänzend sind / daß wann man nur dieselbige anschauet/ kömt man sogleich darüber in gantz-entzückende Freude.

Weil

Weil ich dann nun in so grossen Sorgen stehe / ich möchte mich dieser Schätze selbsten verlustig machen / wann ich mir würde die von meinem Bräutigam mir geschenckte Kleider zerreissen / beflecken oder auch gar rauben lassen; so habe ich / weilen mir die grosse Gefahr / darinnen ich schwebe / immer für Augen stehet / meinen allerliebsten und holdseligsten Freund und Bräutigam gebeten: Er möchte diese seine mir geschenckte und angezogene Kleider wieder von mir auff- und annehmen / und solche selbsten bewahren; dann er könte sie besser bewahren als ich; bey ihm blieben sie unversehret: Ich wolte mich unterdessen mit dem Sack der Niedrigkeit und Armuth begnügen lassen / und mich damit bedecken / biß es ihm gefiele / mich der Gefahr dieses Lebens / darinnen ich noch schwebete / zu entreissen / und mich in sein ewiges friedsames von allen Feinden unangestossenes und ruhiges Reich zu versetzen: da solte er mir hernach diesen herrlichen Schmuck wiederum anlegen: dann da wäre ich in der Sicherheit / und dörffte mich nicht förchten / daß ich denselben aus Unvorsichtigkeit zerrisse / oder daß sie mir von meinen auff mich immerdar / so lang ich in diesem Leben noch walle / laurenden Feinden beflecket / oder ich auch wol gar derselben beraubet würde; da wäre ich hernacher aller dieser Sorgen frey / und dörffte mich nicht mehr bekümmern / daß ich durch Verwahrlosung meiner von meinem Liebsten mir geschenckten Kleider mich des kostbaren Schatzes unfähig machen könte; Ich wolte ja gerne / so lange es ihm noch gefiele / im Gefängnüß meiner sterblichen Hütte mich verschlossen zu halten / arm / elend / matt und kranck seyn / wann nur sein hochheiliger Name dadurch verherrlichet würde.

Ja/ ja/ meine liebe Daube! dein Anschlag gefället mir sehr wohl! dann ich sehe gar wohl die Gefahr/ darinnen du schwebest/ wann du wirst diese kostbare Kleider wollen anbehalten/ um darinnen vor den stoltzen Töchtern Babylons zu prangen; wie dieselbe dich würden neiden/ und dich suchen durch die Macht und Gewalt ihres listigen und verschmitzten Ober-Herrn/ meines allerärgsten Feindes/ solcher zu berauben. Darum lege sie nun wieder zu meinen allerheiligsten Füssen nieder/ biß auf die Zeit/ da es mir gefallen wird/ dich aus dem Gefängnüß der sterblichen Hütten auszulassen/ und dich in mein ewiges Liebes-Reich zu versetzen/ darinnen du dieselbige solst wieder finden/ und ewiglich darinnen vor meinem allerheiligsten Throne/ ohne die geringste Gefahr/ in unaussprechlicher Freude sollst prangen/ und der Schätze/ die ich dir gezeiget habe/ sollst theilhafftig werden. Halte nur in der Armuth/ Schwäche und Blösse/ gedultig aus/ und warte in stiller Gelassenheit/ biß es mir gefället dich zu entbinden und aller Gefahr der Feinde zu entnehmen. Wann du immerdar wirst in der Armuth bleiben/ so werden dir alle deine Feinde nichts anhaben können/ und werden mit aller ihrer Macht an dir zu Schanden und zu Spott werden. Ich will dich schon zu meiner Zeit/ und so offt es mir gefället/ wann ich werde sehen/ daß du schwach und kranck bist/ mit dem Nectar meiner süssen Liebe so sättigen und stärcken/ daß du solt alles Ungemach/ das dir wird auff dem Wege/ den du zu gehen hast/ zustossen/ leicht vergessen und überwinden können. Bleibe nur getreu in dem Stand/ darinn ich dich gesetzet hab; so solt du die Krone/ welche dir bereitet ist/ empfangen. Multa hîc quæri possunt (a) anne itaque homo

homo reficiatur per *sensum amoris Dei* tanquam potum suavissimum, antequam per *fidem* indutus sit *justitiâ Christi*. Nam ita res proponitur; dann kommt er her und stärcket mich mit einem überaus herrlichen Tranck /// hernach führt er mich in seine // Kleider-Kammer /// Scriptura aliter; nam & sponsa gaudet in Domino, postquam induta erat vestibus salutis. Esa. LXI, 10. & qui sunt *induti veste nuptiali*, accumbunt ad nuptias agni & percipiunt amorem Dei in Christo Matth. XXII, 1 - 13. & *justificati per fidem* habemus pacem apud Deum, atque sic amor Dei effunditur in corda nostra Rom. V, 1-5. (b) quomodo illæ vestes, si quis verè illas indutus sit (quò pertinent loquendi modi, vors erste begabet er mich /// dann ziehet er mir ein überaus herrlich und schönes Kleid an // und über dieses Kleid umhänget er mich mit einem schonen Mantel /// und meine Kleider / die er mir angeleget / bewahren ///) possint iterum exui & deponi, cùm in omni illo ornatu humilitatis, fidei, amoris Dei & proximi, spei &c. semper debeamus crescere secundùm scripturam, (c) quomodo cum harum vestium depositione (Er möchte diese seine mir geschenckte Kleider wieder von mir auff- und annehmen / und solche selbsten bewahren; dann er könte sie besser bewahren als ich; bey ihm blieben sie mir unversehrt; Ich wolte mich unterdessen mit dem Sack der Niedrigkeit und Armuth begnügen lassen / und mich damit bedecken / biß ////) *studium perfectionis*, cujus possibilitatem in hac vita aliâs tantopere urgent quidam, & nostram doctrinam, quâ perpetuo & serio conatu plus ultra semper tendendum esse, atque tendi etiam posse, intensivam verò perfectionem omnium graduum demum in altera vita obtineri docemus, traducunt, consistere queat.

(d) quomodo harum vestium indutus ad futuram vitam reservari possit, cùm universus ille ornatus pertineat ad hanc vitam, nam & *humilitas* est hujus vitæ, nam *humilibus* unicè Deus dat gratiam; & *justitia Christi* in hac vita induenda est per *fidem*, aliâs non datur remissio peccatorum; *amor Dei & proximi* summa sunt legis in hanc vita præscriptæ; *fides* & *spes* adeò sunt hujus vitæ, ut in alteta vita propriè non habeant locum, nam in hanc vita *ambulamus per fidem* 2. Cor. V, 7. & spes tamdiu obtinet, quamdiu nondum fruimur re speratâ. *Nam spe servati sumus, spes autem si cernatur, non est spes, quòd enim quis cernit, cur speret?* Rom. VIII, 24. conf. 2. Cor. XIII, 13. (e) quomodo petere possimus, ut Deus has vestes recipere & secum asservare velit usque ad alteram vitam, ne ab hostibus spoliemur iis, cùm hostes, nisi his vestibus induti simus, ipsam animam nobis erepturi sint, nam per *fidem* vincimus mundum 1. Joh V, 4, 5. peccatum Hebr. XI, 24, 25. resistimus Satanæ 1. Petr. V, 8, 9. Unde etiam hæ vestes proponuntur tanquam *armatura spiritualis*, per quam pugnare contra hostes eosque vincere debeamus. At quomodo pugnare, vincere possumus, si arma exuamus, deponamus. Eph VI, 13 *Propterea assumite universam illam armaturam Dei, ut possitis obsistere tempore adverso, & omnibus confectis stare. State igitur, lumbis circumcinctis veritate, & induti thorace justitiæ, calceatis pedibus præparatione Evangelii pacis, supra omnia assumto scuto fidei quò possitis omnia jacula mali illius ignita extinguere. Galeam etiam salutis recipite & gladium spiritus, hoc est, verbum Dei.* (f) an non itaque Deus has vestes, si iis induti simus, & nos ipsos per potentem suam gratiam custodire possit & *velit etiam*, nam *virtutis Dei præsidio custodimur per fidem ad salutem* 1. Petr. I, 5. (g) quomodo

modo Christus illud consilium has vestes exuendi approbare possit, ja/ja/ meine liebe Daube! dein Anschlag gefället mir sehr wohl! dann ich sehe gar wohl die Gefahr/ darinnen du schwebest / wann du wirst diese kostbare Kleider wollen anbehalten /// darum lege sie nun wieder zu meinen allerheiligsten Füssen nieder / biß auff die Zeit/ da es mir gefallen wird/ dich aus dem Gefängnüß der sterblichen Hütten auszulassen /// cùm Christus *contrarium consilium* det Angelo Laodicensium Ecclesiæ. *Consilium do tibi, ut emas à me aurum igni exploratum, ut dives fias; & vestimenta alba, ut induaris, nec manifesta fiat pudenda nuditas tua: & collyrio inunge oculos tuos, ut videas.* Apoc. III, 18. Deniq; (h) quomodo harum vestium depositio usq; ad alteram vitam conciliari possit cum petitione, ut Christus has vestes sponsæ suæ circumponere, & per illas eam parare, ornare velit, ut sponso obviam ire possit, donec recipiatur in ejus regnum glorioſum, nam apparatus sponsæ pertinet ad hanc vitam. Nam ita legitur pag. 338. O daß ich nur fein wohl zubereitet wäre / dir als eine wohl bereitete Braut auff deinem himmlischen Hochzeit-Wagen der heiligen Seraphim entgegen zu fahren; damit ich mich möchte in deinen ausgespannten Liebes-Armen ergötzen und erquicken! O darum eile mit deiner Zukunfft / du Himmels-König! du Bräutigam unserer Seelen! deine Arme und Elende / welche du dir zu deiner Braut erkohren hast / heim zu holen: Ja eile mit ihrer Vollendung! Lege ihr den Schmuck deiner Reinigkeit und Unschuld an / und bedecke sie mit dem schönen Mantel deiner reinen Liebe / setze ihr den Haupt-Schmuck des vesten Glaubens und der unbetrüglichen Hoffnung auff ihr Haupt! Lege ihr die Schuhe der wahren

ren wesentlichen gründlichen Demuth an ihre Füsse/ auff daß sie durch Hülffe derselben dir in schnellem Lauff möge entgegen geloffen kommen/ biß sie zu dir in dem ewiges unbewegliches unendliches unergründliches Reich deiner freudenreichen Liebe mögen kommen/ und sich mit dir in ewiger Liebes-Gemeinschafft erfreuen! si itaque per has vestes fideles parantur ut sponsa, ut obviam ire possint sponso, quomodo dici potest *illas vestes demum inveniendas iterum esse in ipso regno æterno.* p 135. Darum lege sie nun wieder zu meinen allerheiligsten Füssen nieder/ biß auff die Zeit/ da es mir gefallen wird/ dich aus dem Gefängnüß der sterblichen Hütten auszulassen/ und dich in mein ewiges Liebes-Reich zu versetzen/ darinnen du dieselbe sollst wieder finden &c.

XL.

Eadem inspiratorum videtur inter nos esse ratio, quàm enthusiastarum inter Anabaptistas, adeoque sequentes quæstiones hic in considerationem venire possunt.

Mihi videtur eadem hodie iterum cum inspiratis causa agi, quæ jam ante cum Enthusiastis disceptata fuit eademque doctrinæ capita iterum in quæstionem venire, si non alia plura, quemadmodum supra ex Alluto & Marione vidimus & in aliis observamus ad meræ naturalem religionem, exclusis fidei capitibus, eos deflectere. Quare haud me piget huc referre illas quæstiones, quas *Celeb. Spanhemius F. Theol. Oper.* Part. II. *in Select. Controv. cum Enthusiastis proponit.*

1) An præter & extra verbum Dei scriptum detur aliud verbum Dei non scriptum, seu *verbum internum*, quale sint peculiares enthusiasmi, privatæ revelationes, Angelorum colloquia, somnia θεοπεμπτα, Dei immediatæ voces &c. Quæ esse debeant *paria* cum scriptura *authoritatis*, imò etiam *majoris*, norma adeo certa & infallibilis intelligendæ

gendæ scripturæ sacræ, hinc doctrinæ omnis & praxeos salutaris? Sitque hujusmodi *verbum internum* ab unoquoque omnium extra se vacuo, à Deo expetendum accertò expectandum? eoque fiat, ut homo cum Deo uniatur ac quodammodo *deificetur?*

2) Annon constet, Prophetas & Apostolos, per quos Dei verbum consignatum est, sic fuisse immediatè ac peculiariter afflatos à Spiritu S., ut nec *errarint* in doctrina nec errare *potuerint*? An adeo eorum scripta ulterius sint ab unoquoque *exploranda*, secundum DEI spiritum unicuique concessum, seu verbum internum vel Rationis judicium, nec ex illis adeo *ultimum* judicium rerum Theologicarum desumi debeat?

3) An scriptura sacra intelligi debeat juxta *literam*, seu juxta illum sensum quem indicant verba vel propria vel figurata, salvo sanè sensu *allegorico & mystico*, cui præit ipsa scriptura? An verò eo modo sit litera mortua & evanida & in errorem ducens? Quin potius intelligenda sint omnia in sensu *spirituali*, *arcano*, *mystico & allegorico*, eoque vario, juxta proprium cujusque spiritum & internum afflatum?

4) An post lapsum, seu Adamus, seu ejus posteri, retinuerint id *lumen rationis*, omnibus connatum, quo intelligere possint veritates *salutares*, revelatas *in Mose & Prophetis*, discernere verum à falso, bonum a malo; nec *naturale* tantum bonum, vel *morale*, sed *spirituale* & ducens ad vitam æternam, ut omnes adeo clarè possint percipere Deum & res divinas?

5) An idem Adamus ejusque posteri, post lapsum, retinuerint adhuc in seipsis bonum, bonique semina, atque adeo eam facultatem, eum usum *liberi arbitrii*, quo bo-

num *salutare*, quod à Deo offertur, liberâ optione eligere, amplecti & operari, seque ad Gratiam disponere precibus, fame & siti justitiæ, aut potuerint, aut etiamnum possint; citra gratiæ *regenerantis*, aut *prævenientis* adjutorium?

6) An beneficium *justificationis* hominis peccatoris coram DEO ita concipi debeat, ut *antecedenter* ad illud præcedat ordine *temporis* vera fides, adeoque charitas, desiderium gratiæ, fames & sitis justitiæ, propositum vitæ in melius emendandæ & mutatio actualis voluntatis, cordis, à malo ad bonum; formaliter verò justificatio fiat per *opus fidei* seu per obedientiam mandatorum Christi, fugam mali, studium boni, non quidem per modum meriti, sed tamen medii antecedenter necessarii ad acquirendam justificationem? Et hoc sit justificari *fide*, *ex fide*, *per fidem*? Eaque justificatio ad *omnes* omninò corrupti Adami posteros spectet? An verò formale justificationis concipi debeat in *imputatione* justitiæ & in gratuita *remissione* peccatorum, per & propter Christum, sed verâ fide apprehensum ab homine peccatis gravato & efficaciter vocato secundum propositum *electionis*, sine *cooperatione* vel *intuitu* bonorum operum, quæ antea feciſſet?

7) An Magistratui Politico competat sub N. T. *cura* externa *sacrorum*, & potestas objectivè Ecclesiastica, exemplo piorum Regum sub V. T., Davidis, Salomonis, Josaphati, Ezechiæ, Josiæ &c. atque adeo jus Tabulam utramque legis divinæ custodiendi, vindicandi; Hæreticos vel Turbones, si opus, coërcendi; ordinationes Ecclesiasticas suâ auctoritate sanciendi; Synodos convocandi; Pastores ritè constituendi; Externa alia Ecclesiæ moderandi, *in bonum* etiam salutare subditorum Rom. XIII, 4. 1. Tim. II, 4.

II, 4. distinctis tamen ac salvis *formalibus* S Ministerii, ac salva Christi *institutione*, in iis, quæ ad essentiam Fidei, Cultûs, Disciplinæ facient?

8) An ordo S *Ministerii* in Christiana Ecclesia sit à Christo & Apostolis institutus; ita ut conformiter ad eam institutionem præsint alii in Ecclesiis particularibus *Pastores, Doctores, Ministri verbi*, & cum pari potestate prædicandi verbum, nomine Christi, & administrandi Sacramenta; alii etiam præsint, puta in Scholis, *Doctores*, singulari docendi charismate ornati 1. Cor. XII, 28 29 Eph. IV, 11. utrique à linguis ac disciplinis cæterisque requisitis, 1 Tim. 3. Tit. 3. inter quæ sanè pietas, humilitas &c. sufficienter instructi; etiam *speciali* ad id *vocatione* sed tamen *mediata* & per homines, quibus hoc præ cæteris negotii datum, missi & auctorati?

9) An *fructus S Ministerii*, id est, prædicationis verbi & administrationis Sacramentorum nullus esse possit, nisi exerceatur illud ab *hominibus* scelerum *puris*, & Evangelicè *perfectis* seu in se ἀνεπιλήπτοις, & qui habent intra se Christum, neque sint vel *occulte* improbi? An verò impuritas seu *aperta* ministrorum, ante legitimam animadversionem, seu etiam *occulta*, ipsismet quidem sit damnosa, ut est 1. Cor. IX, 27. 1. Joh II, 4. & contraria eorum *officio*, sicut omninò arcendi quotquot *apertè scandalosi*, & destruentes *factis*, quod verbis adstruunt; ut tamen neque *vim* verbi sui seu Evangelii Rom. I, 16. quod nonnunquam est odor ad mortem 2. Cor. II, 16. nec *salutem* Auditorum DEUS suspenderit à probitate vel improbitate ministrorum, ut vel exemplo Pharisæorum liquet. Matth. XXIII, 3.?

10) An supersit adhuc dies, longè ante ultimam resurrectionem, & diem extremi judicii, in quo *Filius Dei*

gloriosè sit in terris ac *visibiliter* in sua persona manifestandus; Judæi in terram Canaanis reducendi; Politia eorum ac Ritus instauranda; *Martyres* & *Sancti* ex mortuis peculiari resurrectione suscitandi; ac *regnum millenarium* erigendum, cujus caput erit Hierosolyma, solo tum *Christo regnante*, aut si vis, Spiritu Sancto? Quod adeò Regnum futurum sit *terrenum* ratione loci, *visibile* ratione administrationis, *independens* ratione subjectionis in ordine ad Reges terrenos, Magistratus & omni modo *pacatum* ac felix; felicitate etiam *corporeâ*, inter nuptiarum & epularum gaudia &c. nullâ Ecclesiæ ampliùs calamitate?

In his aliisque capitibus si clarè mentem suam detexerint, quid de ipsorum doctrina sit, an ea cum scriptura conveniat, nec ne, judicari poterit. Prius quidem θευπνευςιαν non infert, secundum verò tollit.

§. XLI.

Inspirati etiam prædicunt futura, qualis prædictio hîc adducitur.

Sed quia in doctrinalibus non subsistunt novi inspirati, verùm Spiritûs sui facultatem ad futura quoque extendunt, quid de illis prædictionibus futurum sit, dies docebit. Suprà quidem aus dem heiligen Schauplatz &c. atque Equitis Lacy *Avertissemens Prophetiques* &c. quasdam prædictiones produximus, quibus eventus non respondit, quales etiam aus dem Alarm-Geschrey & *delineat. justitiæ divinæ* in medium proferri possent, notari etiam aliæ, quarum terminus nondum exspiravit. Nunc unam tantùm cum designatione temporis, quod proximè instat, factam aus dem Geschrey zur Mitternacht &c. allegamus, bis inibi repetitam, atque in alio quodam eloquio confirmatam, in qua maxima rerum mutatio anno 1717. futura prædicitur. In rev. n. XXIV ita legitur. O! O! wie werden die Philister fliehen und davon lauffen/ wann ihr

ihr grosser Goliath von einem schlechten Hirten-Knaben wird zu Boden geschlagen werden /// Ich hab mir schon einen Jüngling / einen kühnen David / ersehen / der ihn soll zu Boden schlagen /// Die Zeit seines Spottens und Hohnsprechens ist bald zu Ende! Mercket was ich euch sage: 1. Ist der Anfang von dem Namen JEsu / welcher unter den 7. Leuchtern wandelt / und zweyerley Natur / GOtt und Menschheilhafftig ist. 1. Und 7. ist 17. zweymal 17. ist 34. und auch 1717. die Zeit ist sehr nahe! Idem repetitur in dem Geschrey zur Mitternacht p. 318. Die Zeit eilet und rücket herbey! Sie ist schon nahe herbey gekommen! Es wird nicht lange mehr währen / so wird sie ihren Anfang nehmen. 7-mal 7 ist 49 und 1 ist 50. 34-mal 50 ist 1700. 3-mal 4 ist 12. halb-12 ist 6. halb-6 ist 3. 3 hat den Anfang gemacht gegen 12 zu streiten. Wehe dir! es wird dir übel bekommen! 2. werden 12 zu Hülffe kommen. 12 und 2 ist 14 und diese 14 werden die 3 verschlingen. Dann wird 17 daraus werden. Diese 17 zu 1700 gesetzt ist 1717. 12 wird bald 2-mal 17 voll haben / alsdann wird das Gericht und die Erlösung kommen. Licèt non omnia horum numerorum mysteria assequar, hoc tamen satis patet, quod anno 1717. *judicium* & *liberatio* futura dicantur. Idem adhuc confirmatur in den Historischen Umständen &c. p. 49. Und gleichwie der Gesalbte des HErrn in den Tagen seiner Erniedrigung viel Angst / Spott / Schmach und Hohn erleiden müssen / nicht um seiner willen / sondern um derjenigen / die er sich zur Braut erwehlet hat; also ist es billig / daß die Tochter

Zions auch etwas trincke aus dem Creutzes-Becher. Es soll aber nicht lange mehr währen. Es muß auch die 34 Jahr die Braut / verstehe nach geheimer Art / mit leiden. Sie sind bald zu Ende. 17. wieder 17. sind 34. Merckts! zu seiner Zeit wirds eröffnet werden. Die Zeit ist nicht lange. & p. 50. (Er schrieb mit dem Finger auff den Tisch zweymal 17. aneinander /. und sprach:) Wann diese und diese Zahl wird voll seyn / dann wird sich der Zorn und Grim gleich einem Sturm und grausamen Wetter über die Erde und alle Menschen-Kinder wältzen. Es wird kein Verschonen seyn / biß aus dem Geschütz des Allmächtigen der Grimm und Zorn wird abgeschossen seyn. Terminus in propinquo est. Quid futurum sit, dies manifestabit, judiciumque nostrum amplius confirmabit.

XLII.

Quò hodierna inspirationes referenda sint & ex quibus causis oriantur, examinatur.

Quemadmodum verò, si quædam falsò Spiritui S. adscriptæ δυναμεις in Ecclesia sese prodant, veras Spiritus Sancti operationes tum *ordinarias*, partim *communes*, quæ in omnibus fidelibus ad ipsorum sanctificationem se exerunt, partim *speciales*, quibus Deus uni præ altero lucis cœlestis stricturam, divinæ gratiæ sensum, solatii atque gaudii spiritualis suavissimam in animo fruitionem, futuræ denique felicitatis prægustum impertit, tum *extraordinarias*, quales in Prophetis & Apostolis visæ fuerunt, negare non debemus, quod profani religionis osores atque illusores faciunt, ita etiam in hujusmodi inspirationibus omnia Satanæ adscribere, atque ex omnibus υπο τ̃ πνευματ@ ελαυνομενοις mera Diaboli instrumenta facere velle periculosum certè est, & charitati contrariatur, imò quod Dei fortè opus ex parte, licet non extraordinariâ atque immediatâ ratione, existit,

existit, divinæ gloriæ hosti, Diabolo ut adscriberetur, facilè contingere posset, quod quidem haud leve foret peccatum coram eo, qui singulorum corda appendit in lance veritatis atque justitiæ. Judicii levitas, sicut in aliis omnibus, ita etiam hîc maximè vitari debet. Nec eodem modo de omnibus sive personis sive actibus judicandum est. Posse intercurrere Spiritûs malignt in nonnullis illusiones atque tentationes quis negare ausit? nam & τα πνευματικα της πονηριας εν τοις επουρανιοις Paulus memorat Eph. VI, 12. Habet Spiritus illusor μεθοδειας admodum subtiles, βαθη nobis sæpè ανεξερευνητα. Agit rem suam subdolè & in mysterio. Sed & fraus in aliis subesse potest. An non & naturæ dispositio atque phantasiæ vis, affectus admirationis, desiderii atque amoris, imò & subinde contrarius aversationis, meditatio fixa atque altè impressa imaginatio multum contribuere queunt, ut quis in enthusiasmum incidat? Imo contingere potest, ut quis donorum Spiritûs S. ordinariorum ad sanctificationem verè particeps ea cum suis imaginationibus commisceat, quo in casu si quis revelationem Spiritus S. immediatam & ad loquendum instinctum sibi inesse putet, non potest non fieri, quin talis, bonis habitibus, per Spiritum S. in ipso productis atque calefactâ imaginatione simul concurrentibus, multa etiam vera, bona, salutaria proferat, quæ cum animi fervore corporisque impetu prolata extraordinariæ & immediatæ revelationis speciem præbere possunt. Nec minus fieri potest, ut plures ex his causis, mirâ & occultâ naturæ ratione, concurrentes tales effectus producant, qui nobis inexplicabiles videantur, atque in admirationem nos rapiant, de quibus jam suprà quædam diximus c. VI. § 18. Hæc qui negare ausit, næ is sinuosos mentis in suis operationibus

tionibus anfractus occultosque receſſus, mira phantaſiæ ſymptomata, profundas affectuum impreſſiones acreſque ſtimulos, corporis denique ad fovenda atque alenda hæc vel illa pathemata diſpoſitionem ignorare videtur. Eò plauſibiliora hæc ſunt, quando hiſtoria hujuſmodi exempla nobis ſuppeditat. Et quanquam in ſpeciali harum cauſarum applicatione ex variarum circumſtantiarum ignoratione, ut aqua nobis hæreat, facilè contingere poſſit, non ſtatim has ipſas cauſas rejiciendas eſſe ſequitur. Quæ in theſi facilia & clara ſunt, in hypotheſi ſubinde difficilia atque obſcura eſſe experimur. Quis omnium mentis ſuæ operationum, etiam in ſtatu naturali, cauſas, modum, nexum explicare potis eſt? quantò minus mirum eſſe debet, ſi hoc in ſtatu ejuſmodi violento expeditè fieri nequeat? Quis omnium in ſtupenda corporis fabrica, ſeu in naturali ſeu in præternaturali ſtatu, effectuum cauſas reddere poteſt? Tam alta de nobis non præſumimus, ſed nec ſtatim ad cauſas externas immediatas, ſi quid difficultatis hæreat, delabendum eſſe puto. Et quemadmodum immediato Spiritûs S. inſtinctui adſcribere aliquid non audemus, niſi evidentia, convictiva atque neceſſaria argumenta hoc flagitent; ita nec ſtatim ea, quæ quidem probare non poſſumus, ſed nec ſpeciali atque dilucida analyſi explicare valemus, immediatæ diaboli operationi transſcribenda ſunt. Fortè cauſas ea naturales habent, quas nos non intelligimus. Ad hodiernas inſpirationes multum facit, quam de verbo interno habent, in animo præſumptio. Quid enim eſt verbum illud internum niſi occulta quædam inſpiratio? aut ſi nondum ſit, certè proximus ad eam gradus exiſtit. Accedit, quam multi de ultimis Eccleſiæ temporibus in animo ſibi præformant, idea,

ac

ac si tunc omnia citra verbi rationisque usum immediata futura sint. Denique si cui in hujusmodi rebus aliquid occultum obscurumque sit, tutissimè moderati solidique Theologi *Witsii* judicium sequitur, qui lib. I. miscell. cap. XXIV. §. 37. ita loquitur. *Ego sic statuo; personas istas committendas esse Deo, neque mihi necessitatem esse impositam determinandi, utrum improbè hæc omnia finxerint, quod tamen suspicari vetat charitas, an illusiones fuerint phantasiæ, sive ex melancholia, sive alia quacunque causa; an verò divini aliquid adfuerit, quamvis non sine mixtura illusionum, quibus melancholica ingenia facilè sunt obnoxia. Non tamen mihi crimini à DEO meo versum iri confido, si scripturarum revelationibus contentus, prophetias omnes recentiores suo relinquam loco, ab eventu comprobandas, aut refutandas: nulloque me tali vaticinio impelli patiar ad aliquid vehementer vel metuendum, vel sperandum, nedum ut vocationis terminos prætergressus periculoso operi manum admoveam.*

§. XLIII.

Cætera, quæcunque veritates ad conscientiam sese commendant, à quibuscunque tandem proponantur, serio ad animum revocari debent. Sic (1) quando illi, qui à nostra Ecclesia secessionem faciunt, de Ecclesiæ maxima corruptione conqueruntur, nostrum est illud ingenuè confiteri; nec summam seculi nostri pravitatem negare, excusare, palliare possumus vel debemus Jerem. III 3, 13. II, 22, 23, 33. deploratissimus est Ecclesiæ status, qui satis deplorari nequit Esa. I, 2-6. Esa. LVIII. LIX. Omnes Ordines malum invasit. Vitia caput exerunt, fides exulat ex multorum animis. Pietas oppressa gemit, charitas refriguit, virtutisque studium contemptui habetur. Con-

Veritates ad conscientiam sese demonstrantes agnoscenda sunt, à quibuscunque proponantur.

tagiosa seculi lues vires acquirit eundo. Nec in melius, sed in pejus Ecclesiæ res ire videmus & dolemus. Hypocrisis erecta incedit. Plerique à nomine, professione, externi cultûs officiis quibusdam unicè, pauci à re & veritate, à fide & universalis sinceræque obedientiæ Deo debitæ studio religionem suam probare possunt, infelicissima certè eorum sorte, qui in die judicii nil nisi nomen & speciem obtendere poterunt. Ps. XII. Apoc. III, 1. Media salutis spernuntur, pauci visitationis suæ diem agnoscunt, plurimi DEI bonitate, patientiâ, longanimitate abusi defectiones & iram cumulant magisque indurescunt, atque pauci, quod tristissimum longè est, malum agnoscunt, sentiunt, & ut vulnera nostra retegantur, pati possunt. Utinam tandem e veterno expergiscceremus! Utinam in nos ipsos descenderemus, & proprii calamitatem fundi quisque cognosceret Jer. XVII, 9. Apoc III, 17, 18. atque illi porrò, qui medicam malo nostro admovere manum possunt & debent, corruptionis nostræ fœditatem & gravitatem satis ad animum revocarent. Dan. IX, 3--8. Nec etiam (2) quando judicia DEI denunciantur, illud in levi habendum est. Etsi enim in specialibus divinorum judiciorum, quæ denunciantur, circumstantiis, v. g. ratione temporis, loci, modi, personarum &c. circumspecti esse debeamus, utpote quæ à nobis, arcani DEI consilii haud conscius, prævideri nequeant, ita ut ea ne quidem ex scripturæ prædictionibus, ante eventum, in specialibus circumstantiis audacter determinare possimus aut debeamus, cùm prophetiarum clavis implementum sit, in quo quidem sæpè peccarunt illi, qui ex temerè præsumpta quadam revelatione judicia Dei nimis specialiter ratione circumstantiarum particularium designarunt, quo præfracti peccatores deinde

ad

ad obfirmandum se in malitia sua abutuntur, si non ita eveniat, uti prædictum erat; In genere tamen certum satis est gravissima judicia manere impœnitentes & flecti nescios, certissimè quidem in altera, sæpè etiam in hac vita. Ita DEUS omni tempore justum se demonstravit in verbo suo Gen. VIII, XIX. Exod. XIV, XX, 5. Psal. V, 5 - 7. Rom. I, 18. II, 1 - Imò vix pagina est in verbo DEI, quæ non de justitia ipsius testetur. Conscientia idem fortissimè homini ingerit. Judiciorum divinorum exempla varia in verbo consignata sunt & in mundo prostant, quæ nos monent, ne malum similiter ut antegressi peccatores, concupiscamus, ne in similem incidamus pœnam 1. Cor. X, 6. 2. Petr. II, 6. Aut an non idem semper est DEUS? an justitia ipsius non omni tempore est eadem? An DEUS non manet judex mundi omni tempore? Imò an non gravius nobis incumbet sub N. T. judicium, quando major nobis gratia facta, atque voluntas DEI clarissimè revelata est? An comminationes DEI gravissimæ non feriunt peccatores omni tempore? Nec desunt prædictiones, quæ Ecclesiæ ingratæ ultimorum temporum judicia gravissima adhuc incubitura denunciant Esa. XXVI, 20. LIX, 10, 11 XXXIII, 14. Apoc. III, 10, 16. IX. XIV, 14 -16. Atque si characteres temporis, quo DEUS judicia sua immittere solet, atque primo mundo, Sodomæ, Judæis immisit, ad animum revocemus, atque cum hodierno Ecclesiæ corruptissimo statu conferamus, dubitare non possumus judicem præ foribus esse atque gravissima cervicibus nostris imminere mala. Quare quisquis es, o homo, qui judicia Dei denunciari audis, contremisce, nec tam respice ad eum, per quem denunciantur, quàm ad ipsam DEI *justitiam*, legis *comminationem*, peccati *demeritum*, verbi divini certissimum

tissimum *testimonium*, conscientiæ *vocem*, severitatisque divinæ *exempla*, contremisce, inquam, frangere, luge, revertere, humiliare, supplica DEO ad avertendum flagrantissimam ipsius iram atque seriò vitam, studia, mores, dum tempus est, emenda. Atque sic etiam (3) patet pœnitentiæ vocem, per quemcunque etiam tandem resonet, altè auribus, imò animis nostris immittendam esse. Unica hæc est post naufragium tabula; unicum, quo homo per peccatum à DEO aversus cum ipso in gratiam redire potest, medium. Alia non patet ad DEUM via, quàm seriâ pœnitentiâ & fide in Christum redire ad ipsum, dissolvere nexus peccati, destruere imaginem Diaboli, formari denuò ad similitudinem cum DEO. Hoc est verbum illud antiquum & novum, quod omni tempore in Ecclesia auditum fuit, per Prophetas, Johannem, Christum, Apostolos promulgatum, annunciandum etiam usque ad finem mundi. Utinam itaque omnes seriò ad resipiscentiam converteremus animum! Quot verò sunt in hac ultima mundi fece, qui habent cor planè ἀμεταγνώητον? Quot, proh dolor! sunt, qui peccata peccatis cumulant ἐν πλεονεξίᾳ, cum inexplebili cupiditate? Quot sunt, qui resipiscentiam non intelligunt? qui eam non in depositione peccatorum universali constituunt, sed malum cum malo permutant? Unum peccatum deserunt, sed alio, licèt fortè subtiliori ratione, se patiuntur iterum constringi. Quot sunt, qui in aliqua morum emendatione externa subsistunt, ipsum verò mali fontem non obstruunt, radicem non evellunt, cor ipsum non repurgant. Annon itaque miserrima est Ecclesiæ facies, quando tam pauci sunt verè resipiscentes, qui καρπὸς τῆς μετανοίας ἀξίους ferunt? Quomodo effugere poterimus judicia DEI, nisi verè

verè convertamur? imò nisi nos emendaverimus, peribimus sicut reliqui Luc. XIII, 1-8. Rom. II, 1--12. Et gravior erit eorum pœna, qui verbum Christi neglexerint, quàm aliorum quorumvis maximorum peccatorum. Matt. X, 14, 15. XI, 21--24. Hebr. II, 1. Atque si junctis animorum studiis faciem Domini quæreremus, etiam temporalia judicia à nobis averti possent; sin minus, quisque tamen verè resipiscens eripiet animam suam eamque tanquam prædam reportabit, imò & si DEO ita visum fuerit, ex divinæ iræ in hac etiam vita contra peccatores fumantis incendio eripietur. Gen. XIX. 2. Petr. II, 7--9. Denique (4) nec abjicimus spem Ecclesiæ olim adhuc omnis generis bonis, cognitione, sanctitate, lætitiâ, solatio, gloriâ, DEI Christique præsentiâ augendæ, quantum ea in scripturis fundata est. Faxit modò divina gratia, ut digni simus evadere ea omnia, quæ ventura sunt, & consistere coram Filio hominis, ut cùm sponsus Ecclesiæ venerit, lampades nostræ præparatæ oleoque instructæ sint, ut cum ipso intromittamur ad convivium nuptiale, Amen! Veni Domine JEsu! Amen.

Sequuntur præcipua quædam errata; si quæ alia leviora irrepserint, L. B. facilè observare & corrigere poterit.

PAg. 6. l. 2. *lege* כהנים. *p.* 12. *l.* 12. *lege* non fucatæ, *p.* 25. *l.* 2. *leg.* principium. *p.* 35. *l.* 7. *leg.* profuit. *p* 36. *l.* 2. *leg.* sic. *p.* 62. *l.* 26. *leg.* inferatur. *p.* 64. *l.* 29. *leg.* per suasionem. *p.* 66. *l.* 16, 17. *deleantur verba*; quis Paulus. *p.* 66. *l.* 26. *leg.* exerere. *p.* 69. *l.* 24. *leg.* orti. *p.* 70. *l.* 9. *leg.* μεμυημενοις. *p.* 86. *l.* 19, 20. *leg.* interpretationis. *p.* 91. *l.* 29. *pro* Prophetæ *leg.* Apostoli. *p.* 124. *l.* 7. *leg.* inficias. *p.* *ead.* *l.* 20. *leg.* accedere. *p.* 126. *l.* 26, 27. *leg.* posse. *p.* 137. *l.* 27. *leg.* tales. *p.* 144. *lin. ult. deleatur* quod. *p.* 159. *l.* 15. *leg.* habitura. *p.* 170. *l.* 24. *leg.* meine. *p.* 220. *l.* 2. *leg.* adlaborantes *p* 262. *l.* 8. *leg.* hac. *p.* *ead.* *l.* 12. *leg.* 1. Cor. XIII. *p.* 267. *l.* 3. *leg.* *faciunt.*

ium sanè Concilium est & antiquissimis
forme, quod more suo Ecclesia Romana
ac celebrat: quod inq̃ à Pontifice Roma-
tur, habetur à Præsulibus, aut his qui iure
onsuetudine diutissimè seruata, interesse
ent, & suffragia deferre, de doctrina fidei,
cclesiæ, uel pacè inter Principes Christia-
a. Quodcunq̃ ab hoc discrepauerit, Ec-
n solet Concilium appellare, sed Sathanæ
Concilium malignantium, Conciliabu-
ium mente perditorum.

um prouehor? MON.

ræcipitem egit extra te ipsum amentia aut GASP.
icendi, ut quo proueharis, nescias. Recipe

olui graues ob causas profectione Triden- MON.
ersedendum esse: quod si perfeci, dicendi
us sum. Superest, ut uelis collectis, nauem in
cam.

nile perfeciſti, neq̃ perficere unq̃ poteris, GASP.
niuersa colluuies hæreticorum suppetias
estat, nisi ut ad te redeas, in te descendas,
tisper habites. Cogites, unde excideris,
& Ecclesiæ Romanæ chariſſimæ eius
tare debeas. Ego non dubito, quin si te
, atq̃ id animo feceris ueritatem explo-
tendiq̃, facile tibi Spiritus sanctus eam